



Innocentius Papa de Patientiā.
Stimulus Amoris Beat: Bernardi.
Sermones in Hebdomada de Passione Dnī.

N. Inv. 1399



...imum Anno sub dnno natiuit eiusd
...quadring° quarto Indiccione duodecima pontif
...sim in xpo patris et dni nri dni Bonifacij

liber mgri ffrancisci de [illegible]

In hoc volumine primo Innocencius de [illegible] Item Stimulus amoris beati Bernhardi
Item sermones 2a 4ta et 6ta ferijs per in ebdomada passionis domini

Pro libraria Alme Universitatis Studij Cracoviensis

Quarta pars tabule completa

Cum miseraciones domini sint super omnia opera eius, nullam tamen super homines extendit amplius quam homo benignitate creatoris dignissima causa est cum in creaturis nunc sibi ut magis respexit et non magnam [illegible] tamen, sed et laudantes ei exhibuit. Cum fuit enim magna misericordia ad instauracionem ruine angelice homines creare voluit, ut ipsum participem sue beatitudinis efficeret. Unde Boecius ita dicit de deo: Quem non externe pepulerunt fingere cause materie fluitantis opus, verum insita summi forma boni livore carens. Idem eciam Augustinus ait: Si potuit deus hominem facere ad gloriam suam participandam, impotens fuit; si potuit et noluit, invidia redarguendus erat. Sed quia nec impotens nec invidus, hominem regnum suum communicare voluit. Commendans autem graciam quando homini post peccatum remedium contulit, ut quem dampnare potuit per iusticiam repararet per graciam. Sed quia ante adventum suum veraciter [illegible] quedam remedia contulit, in adventu suo plenitudinem remedii exhibuit. Circumcisio et sacrificia que ante adventum suum parvulis exhibebantur, reatum et maculam originalis peccati delebant, sed nec graciam conferebant nec paradisi ianuam aperiebant. Cum omnes [illegible] sint [illegible] in tenebris. Sed cum per passionem suam aquas sanctificasset et vim regenerandi contulisset eis, remedium baptismi, et reatus originalis peccati delebatur et virtute baptismatis conferebatur gracia et amota impedimenta introitus regni celestis patebat renovatis. Sic commendans autem graciam

fuit ut homo fracta fide baptismi iterum mortem meruit / et dum remedio remedium super addens per confessionem et penitentiam honorem resurgere concessit / ut fracta navi naufragans penitentiam quasi per secundam tabulam post naufragium enotaret. Et bene tabule inter fluctus maris confusse penitencie comparantur / quia qui vere penitet inter procellas satisfactionis diversis laborat. Et hec est heresis sup[illegible]ans unica / non enim eadem est causa que induxit deum ad hominem redimendum / et que induxit eum ad remissionem per penitentiam concedendam / quia non possit in iniuria redargui / si hominem non redempsisset per penitentiam quem per solam dampnare potuit iustitiam. Errant tamen quidam heretici qui caput [illegible]ligionis amputantes / qui dixerunt post caritatem semel amissam nullum esse locum penitencie / non aliquo remedio post peccatum mortale amissa caritate aditum regni celestis patere. Redeundum (?) petrus post trinam negationem domino reconciliatus / et per lacrimas penitencie crimen deleverit. Cum etiam david regem post adulterium et homicidium reparavit ad gratiam / cum etiam ipse dixit peccanti dimittendum esse peccatum. patet quod ita funestum crimen medicinam pollutum ab hominibus auribus esse vitandum.

~~De ordine dicendorum~~ .2.

De penitentia igitur dimissis subtilitatibus inquisitionis theoricas pertermittens. Et operationes et considerationes practicas, que ad audiendas confessiones et ad iniungendas penitentias que sacerdotibus necesse sunt diligentius perscrutantur / dicendorum autem erit hic ordo. Primo considerandum est quid sit penitentia. 2o quid sit peccatum et quot sunt species eius. 3o que sit ulla (?) peccata / et que per quibus iniungenda sit penitentia. 4o quot et quales debeat esse penitentia vel qui debet iniungere penitentiam. 5o quibus et pro quibus possit penitentiam iniungere et debeat. 6o quomodo sacerdos se debeat habere in audiendo confessiones scilicet considerando personam confitentis / et que sunt inquirenda a penitente / 7o et ultimo que satisfactio cui peccato sit imponenda. Et quia ita penitentia multa a iure canonico instituta sunt in aliis partibus canonica institutione quibus aut scire oportet. ~~Quid sit penitentia~~

Quid autem sit penitentia auditur. Dicitur et per ethymologiam et per descriptionem. Per ethymologiam dicitur penitentia quasi penam tenens. Omnis enim penitentia penalis est nunquam enim sine pena vel interiori scilicet dolore vel exteriori deo satisfacere competit. Omnes sine pena salvari puta confitentis / quia autem punit deus aut homo nunquam penitentia dicitur instituitur nisi per interiorem dolorem homo conteratur. Sciendum tamen quod dum non delectatur in penitentia sed pena / sed in devotione et humilitate et penitentie. Iudas enim qui se suspendit magnam penam habuit / sed quia caruit penitentie paciencie et humilitate caruit de penitentia sua seu pena vel mortem meruit / pena enim non facit martirem sed causa / sed quando quis sustineat pro deo penam. Bernardus in ... nona. Nemo vestrum patiatur ut fur vel homicida. non enim ipsa passio sed devotio penitentis est accepta deo. Sed quia pena patientis est magna / nec sine pena opus patientie operari potest. Debet autem talis pena esse tempore maxime scilicet nunquam desinat dolere de commisso / qui ut gaudere debet de dei promisso. Omnes enim alie satisfactiones sunt temporales ut ieiunium vigilie in annos et certa spacia dierum terminata, semper tamen debet dolorem habere in angore pro peccato scilicet toto tempore vite sue. Debet enim penitens semper restringere ad memoriam peccatum / non ad delectandum sed ad dolendum pro eo. Augustinus. Qui penitet omnino peccat

nisi enim se se ... se doleat q... confiteatur apud d... veniam non m...

inquam eum desinere debet dolere de culpa qui semper vult gaudere de venia. Item non de se ... penitere est preterita deflere et perpetratis dolere et ea confiteri et pro eis satisfacere, quia aliud est deflere et aliud flere, quia tunc ea non sufficit, ille veram penitentiam non sufficit; flenda autem non committere id est habere propositum non committendi. Item cum quis peccata lapsus nunc est et tamen non proponit peccare, non id est minus penitens. Item si sit in proposito iterum peccare non est penitens, nec tamen ei iniungi penitentia potest tamen ei dari ne desperet consilium vel ergo quod debet certum in proposito est faciat interim quicquid boni potest, ut dominus cor eius ad penitentiam illustret.

De tribus que sunt in penitentia

Vera autem sicut dictum est sunt in penitentia scilicet contritio cordis, confessio oris et satisfactio operis et quilibet istorum dicitur penitentia unde cum dicitur iste multa penitet pro peccatis suis sensus est iste multum dolet et conteritur de peccatis suis. Item cum dicitur iste vadit ad penitentiam sensus est vadit ad confessionem. Item cum autem dicitur iste non dum peregit penitentiam sensus est iste non dum satisfecit. Item tamen penitentia dicitur unum de vii sacramentis omnia tria predicta scilicet contritio confessio et satisfactio, dummodo una penitentia et tamen unum sacramentum debeat habere signum et rem in hoc sacramento. Res enim ipsa remissio peccatorum quam deus homini dat. Signum est ipsa contritio cordis quia sicut lapis dum conteritur annichilatur ita dum cor conteritur annichilatur. In confessione autem ipsa erubescentia est signum interioris contritionis et in satisfactione ipsa devotio est signum remissionis. Item queritur, cum in contritione remittitur omnis reatus culpe
contritio et tanta potest esse remissio culpe sicut fuit in latrone crucifixo

cum dicitur quod omnis pena remittitur ad quam valet sequens confessio. Item quod autem culpa per solam contritionem remittatur patet per prophetam dicentem: Dixi confitebor adversum me etc. Ad hoc dicendum quod sicut in corporali egritudine post penam et convalescentiam aliquem remanent reliquie morbi que sunt purgande ita postquam remissum est reatum culpe remanent reliquie et difficultates quedam que sunt per confessionem et satisfactionem purgande ut voluptuosa memoria peccati et difficultas cessandi assuetis. Item autem confessio propter erubescentiam sibi admittam quia magna est pars satisfactionis. Preterea sicut deus remittit culpam et reatum ita de magna iustitia exigit satisfactionem et ex magna misericordia dei est quod penam eternam commutat in temporalem. Similiter si aliquis fuit meritum sufficiendum magis esset misericordia si concederetur redimere mortem suam per aliquam satisfactionem.

De tribus speciebus satisfactionis

Satisfactionis autem tres sunt species sicut dicunt sancti scilicet ieiunium oratio et elemosina. Item queritur quare opera aliarum virtutum non sunt satisfactoria ut per magnam fidem vel per magnam caritatem non dicitur quis satisfacere. Ad quod dicendum quod satisfactio non dicitur nisi quando aliquid datur ab uno et recipitur ab alio pro iniuria sibi illata. Sed per solum ieiunium vel orationem vel per elemosinam dicitur deus recipere, cum per ieiunium recipit sacrificium tribulati spiritus, per orationem quandam oblationem quare sicut ait Augustinus in psalmo penitentiali omnis oratio est oblatio. Per elemosinam enim recipit hoc quod datur pauperi quia ipse ait: Quod uni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Item cum deum credo vel ipsum diligo sicut vult audire quod aliquid recipiat ex meo et ideo opera fidei et

et caritate non sunt satisfactoria Sed
alia vero potest esse quia omnis satis
factio debet esse penalis Sed per fidem
qua videtur deus et per caritatem qua
diligitur patiens est delectatio quedam pe
na et ideo non est satisfactio. pre
mium autem accipitur Sic omnis labor
corporalis ut cum ieiunat qui cor
pus suum in servicio dei fatigat per
elemosinam enim intelligitur omne bene
ficium proximo impensum Sicud di
citur illud Luce omni petenti te tri
bue Sed vel increpacionem vel
orationem pro re manualem intelligimus
elemosinam vel consilium vel protectionem quia
magnam facit elemosinam qui bonum
dat consilium pauperi vel defendit in
nocentem Increpare autem aliquem
cum non indigeat vel cum laborare pos
sit magna est elemosina Sed iterum sciendum
quod non omne ieiunium vel omnis elemosina
vel omnis oratio sunt satisfactoria
quedam enim sunt talia que ex institu
cione ecclesie oportet nos facere et
si nunquam peccassemus ut ieiunare
in quadragesima et in quibusdam vigi
liis sanctorum et in quatuor temporibus Simi
liter dare decimas et oblaciones consti
tutas. unde et dare pauperibus vel
expendere in pias causas quicquid nobis
superfluum est ultra necessitates nostras
non enim est sed pauperibus est dandum
quia ipsorum est Similiter cathedre
dicere Credo in deum etc et pater noster
Similiter cum ex censu debet domino suo
annualem de terra sua solvere Si de
linquat liberari non potest a delicto
vel debito suo non solvendo predebitum
censum annualem nisi et de nouo
sibi aliquid solvat penam in qua
incidit Item videtur quod non potest peccator
elemosinam facere satisfactoriam
de superfluis suis que tenetur erogare
et si non peccasset nisi sibi subtrahat de
necessariis suis ut scilicet parciora habeant
in domo victualia et minus comedat et
bibat et inde elemosinam satisfacto-

riam faciat. quod tamen durum esset dicere
Est tamen iniungendum penitentibus
ut diligencius et efficacius et libencius
et cum hylaritate maiori faciant ea
que tenentur facere ex debito et illa
sunt eis ad satisfactionem valere Item
sciendum quod si aliquis ipse non potest ista facere
potest querere alios qui pro se faciant
et peccat nisi quererat Sicud autem
dominus consulit vobis dicens de mammona
iniquitatis ut [illegible]
et ita Orationes autem et elemosine et
ieiunia et disciplinae pro aliis facte sicut
et elemosine sunt eis valere Sicut
si tu alicui teneris solvere x solidos
et ego pro te solvam esses liberatus
Consuetudo autem est in quibusdam
monasteriis quod fratres unum pro defunctis
fratribus recipiunt disciplinas et valet
eis ad diminucionem purgatorii

~~Quod iniungendum est penitentibus~~
~~bonum facere pro defunctis~~ . 6.

Maiore autem providendum est sa
cerdotibus ut iniungant peniten
tibus suis bonum facere pro defunc
tis quia magis pauperes sunt illi quam
qui iuxta nos hic ambulant quia
nec possunt ambulare nec petere et
maxime pro illis qui bene fecerunt
nobis dum viverent quia cum in
nostris defunctis defraudamus eos
debitis que debemus eis et magis
peccatum est detinere ipsis defunctis
quam si teneremus quod ipsis tenemur
reddere vivis Cavenda tamen est prava
quorundam sacerdotum consuetudo qui
iniungunt laycis in penitencia ut faciant
celebrare missas pro defunctis cum
non sit officium laycorum missas ce
lebrare Sacerdotibus autem iniungendum
ut celebrent missas pro defunctis
quia ad ipsos pertinet celebrare
Hoc autem ortum fuit a prava cupiditate
sacerdotum Et recipiunt oblaciones
pro celebrandis missis Cum ad extinguendam

ceterarum cupiditatem prohibitum est in ca-
nonibus ne nomina defunctorum pro quibus
missa celebratur recitentur in
orationibus misse, sicut antiquitus fa-
ciebant cupidi sacerdotes dicentes
Miserere quesumus domine famulis tuis Rup-
ti et Giberti, non enim nominare debet
sacerdos pro quo celebrat nisi men-
taliter in mente sua ne videatur
parentibus vel amicis defuncti adulari
a quibus expectat oblationes. Quidam
post missam celebratam in partibus
vulgaribus que sunt ad populum ubi
non expectatur aliquis questus, bene
possunt nominare illos pro quibus est
orandum. Corruptio consilii possunt
habere sacerdotes laicis, et non integ-
rum si aliquos alicubi habeant sacer-
dotes impetrant ab eis ut quotiens
sine pacto licite celebrent pro
animabus suis. Et preterea sciendum
quod penitentia alia est privata, alia pub-
lica et alia sollempnis. Privata est
hec quod penitentia dicitur satisfactio quod pe-
nitentia que est confessio privata
dicitur esse, vel fuit a iure extorta.
Publica autem penitentia est que fit
coram omnibus quia qui publice pec-
cat publice peniteat. Triplex autem
est peccatum quoddam est quod fit in deum
tantum quoddam non fit, quod fit in deum
et in proximum, et quoddam in ecclesiam.
Omne tamen peccatum in deum est principaliter.
Cum autem deus tantum per peccatum offen-
ditur, satis facit soli deo. Cum
autem deus leditur et proximus utri-
que satisfaciet et utroque potest satis
fieri in privato. Sed cum offenditur
tota ecclesia tunc satisfaciendum est
publice quandam vel sollempnem. Et sic
differentia inter illas, publica penitentia est
illa que fit coram omnibus ita tamen
quod non apponatur aliqua sollempni-
tas ecclesie. Sollempnis autem penitentia
est cum adhibetur aliqua sollempnitas
ecclesie. Ut in die cinerum imponit
episcopus penitentibus manum et publice
expellit de ecclesia. Talis autem penitentia
nunquam iniungenda est clerico, quia
qui sic penitet efficitur irregularis et
nunquam potest suscipere sacros ordines
nec etiam debet admitti ad legi-
timum testimonium propter irregularitatem
quam contrahit ex tali penitentia de qua
diceremus ubi de irregularitate loquimur.

~~Quomodo audienda sunt confessione~~ a.

Post hoc secundum ordinem prenotatum
dicendum est de hiis que
audienda sunt in confessione et
quibus mundandis et sanandis est
providendum quia omnis confessio est
medicinalis. Sciendum autem sunt criminalia
peccata et venialia, circumstantie et
irregularitates que sequuntur ex
peccatis, et quedam non ex peccatis, ut
ex bigamia, que peccatum non est
quedam sequitur irregularitas propter quam
nec potest aliquis ad sacros ordines pro-
moveri. Est autem omnino diligenter
oportet sacerdotem considerare, ut sciat
genera peccatorum et circumstantias attendere
secundum quas maior et minor in-
iungenda est penitentia, et sciat etiam
a peccatis ex quibus nascuntur, ut
primum sciat penitentem, ne vadat
de uno peccato in aliud, oportet etiam
scire ex quibus peccatis sequuntur virtutes
ut penitentem possit instruere
a quibus sit ei pro virtute abstinendum.
Dicamus autem vitiis criminalibus
sicut scribit beatus Gregorius. Radix autem
cuncti mali est superbia de qua scrip-
tura attestante dicitur. Inicium omnis
peccati est superbia. Prime autem eius so-
boles sunt vii principalia vitia de
hac virulenta radice proferuntur
scilicet inanis gloria invidia ira tristicia
avaritia ventris ingluvies luxuria
Et quia hiis vii superbie vitiis
deceptos nos captos esse cernunt

ad spirituale liberacionis plus spiritus sep-
tiformis gratie plenius venit. Sed
sunt contra nostrum singula exercitium
sive alia de vana vel de inani gloria
nascitur inobediencia iactancia ypo-
crisis contenciones pertinacie et novi-
tatum presumpciones. De invidia hec
nascuntur puta odium detractio susurra-
tio exultacio in adversis proximi
afflictio autem in prosperis oriuntur. De
ira timor mentis contumelie rixe
clamor indignacio blasphemie
proferuntur. De tristicia malicia ran-
cor pusillanimitas desperacio tor-
por circa precepta dei evagacio mentis
erga illicita nascitur. De avaricia
prodicio fraus fallacia periuria in-
quietudo violencia et contra misericordiam
obduraciones cordis nascuntur. De
ventris ingluvie id est de gula inepta
leticia scurrilitas immundicia multi-
loquium hebetudo sensus contra intel-
ligenciam propagatur. De luxuria ceci-
tas mentis inconsideracio inconstancia
precipitacio amor sui odium dei affec-
tus presentis seculi horror autem futuri
vel desperacio generantur. Ex hiis autem vii
viciis v sunt spiritualia et duo corporalia
sed unumquodque tanta sibi cognacione
iungitur ut non nisi unum de altero
proferatur. Prima namque soboles superbie
est inanis gloria que dum mentem
oppressam corrumpit mox invidiam gig-
nit quia dum vani nominis
potenciam appetit ne quis hanc ad-
ipisci valeat tabescit. Invidia autem
iram generat quia quanto interno livoris
vulnere animus sauciatur tanto etiam
mansuetudo tranquillitatis amittitur
et quia quasi dolens membrum tangitur
ideo oppositione actionis manus velud
gravius pressa sentitur. Ex ira quoque
tristicia oritur quia turbata mens quo
mordente se concutit eo addicte
dum confundit et cum dulcedinem

tranquillitatis amiserit nichil hanc
nisi ex turbacione subsequens meror
replevit vel pascit. Tristicia quoque ad a-
variciam derivatur quia dum confusum
cor bonum leticie amiserit intus
in semetipso unde consolari debeat querit
foris et tanto magis exteriora bona ad-
ipisci desiderat quanto gaudium non
habent intrinsecus ad quod recurrat.
Post hec vero duo vicia carnalia scilicet
ventris ingluvies et luxuria supersunt
sed cunctis liquet quod de ventris inglu-
vie luxuria nascitur cum ipsa distri-
bucione membrorum ventri genitalia
subiuncta videntur. Cum autem venter
inordinate repletur aliud procul
dubio ad contumelias excitatur. Iu-
stum autem est quod nulla fit mencio ut
in actum fidelium de peccatis venialibus
quia non est necesse venialia confiteri
quia sine omni confessione possunt deleri ut
per aspersionem aque benedicte et per genu-
flectionem per dominicam oracionem per elemosi-
nam per orantes pauperes et etiam per cot-
tidianam confessionem que fit in ecclesia
ad primam et ad completorium. Que
sunt venialia peccata et que mortalia. 8.

Sed multi credunt de venialibus
quibusdam ipsa mortalia. Utile
est sacerdotibus per auctores scire cognoscere
que peccata sint venialia et que criminalia.
Beda ait super epistolam Jacobi peccata
que cognoscimus vel infirmitate huma-
na committuntur dicat et propter Jacobus
alterutro confiteri quia facile dimittuntur
criminalia vero non condelibacione sunt non
nisi per penitenciam dimittuntur. Augustinus etiam
aut nullum peccatum adeo veniale quod non
fiat mortale dum placet. Et postea
subiungit criminalia autem et si non omnia
saltem connumeranda sunt ne quis
in aliquo se excusare conetur et
dicat se nescisse que sunt sicut
minuta peccata seu criminalia et quibus
apostolus plura capitalia connumerat
nos tamen ne desperacionem facere videamur

breuiter dicemus que illa sunt. Sacrile-
gium / homicidium / fornicacio / falsum testimonium /
rapina / furtum / superbia / invidia / aua-
ricia et si longo tempore teneatur iracun-
dia et ebrietas si assidua sint in eorum
numero computantur. Criminum enim expositis
peccatis atque diuina cognouerint indigne
emendauerint. Et si spacium habent longo
tempore penitenciam egerint et largas elemo-
sinas erogauerint et a peccatis aperte absti-
nuerint / illo transitorio igne de quo
dicit apostolus purgari non poterunt sed eterna
illa flamma sine fine cruciabitur.
Minuta autem minuta peccata licet omnibus
sint nota tamen quia longum est ut
omnia replicentur opus est ut ex
[?]tinis saltem aliqua nominemus / quo-
ciens aliquis de cibo et potu plus
accipiat quam necesse sit minuta peccata
nouerit pertinere / quociens plus loquitur
plus tacet quam expediat / quociens
pauperem inoportune exasperat / quociens
cum sit corpore sanus aliis ieiunantibus
prandere voluit / aut sompno deditus
fuit / tardius ad ecclesiam surgit / quoci-
ens excepto desiderio plus uxorem
suam cognouerit / quociens in carcere
positos tarde requisierit / infirmos
tardius visitauerit / Si discordes
ad concordiam reuocare neglexit. Si
plus quam oportet aut proximum aut
uxorem aut filium aut seruum exaspera-
uerit. Si amplius quam oportet blan-
ditus fuerit. Si cui persone aut
ex voluntate aut necessitate blandiri adulari
voluerit / Si pauperibus esurientibus
nimium delicata vel sumptuosa conui-
uia preparauit / vel si in ecclesia vel ext-
ra ecclesiam fabulis ociosis se occupauit
de quibus in die iudicii reddenda
est racio / Si dum orantes vel
[?]tantes orantes et sic aliquam necessitatem
complere non potuimus utique peccauimus.
Et cum aut temeritate aut facilitate
maledicimus cum scriptum est neque
maledici possidebunt regnum dei.
Si iurauit aut periurauit [?] venalibus

secundum Augustinum dicit. Nichil adeo veniale quod
non fiat mortale dum placet / Item
alibi dicit idem / nichil adeo mortale
quod non fiat veniale dum displicet //
Ad quod sciendum quod secundum quod dicit Augustinus
omne peccatum aut ex libidine aut ex
praua voluntate committitur / libido enim
vel improba voluntas et praua delectacio
est sed quando ista conuertitur a bono in-
commutabili in quo solo delectari debet
et conuertit se ad bonum commutabile
scilicet creaturam aut res delectetur.
Si autem illa delectacio fuerit minor
quam illa delectacio qua delectatur
in deo tunc est veniale peccatum. Si
autem coequat illam delectacionem
que est in creatura / vel anteponit
illi delectacioni que est in deo tunc est
mortale peccatum. Cum sic exponi debet
predicta auctoritas nichil adeo veniale
quod non fiat mortale dum placet scilicet
si nimis vel magis delectacio adeque-
tur vel anteponatur delectacioni dei.
Alia vero auctoritas sic exponatur nichil
adeo mortale quod non fiat veniale dum
displicet. Veniale est id est adveniale
vel veniabile id est aliquo modo dignum
venia. Ex eo enim quod displicet facit
se homo aliquo modo dignum venia
et excusabilem ad recipiendum veniam.
Habes expositoribus quod ~~[?]~~ Augustinus diuersis
modis exponunt et distinguunt inter
peccata. Alia distinctio inter peccata secundum
apostolum.

Apostolus enim in epistola ad romanos
tercio modo distinguit inter
peccata sic. Repletos omni ma-
licia et iniquitate / fornicacione et
auaricia / nequicia / plenos inuidia
homicidiis / dolo / contencione /
malignitate / susurratores / detractores /
deo odibiles / contumeliosos / superbos /
elatos / inuentores / malorum parentibus
non obedientes / insipientes / incompo-
sitos / sine affectione / absque federe /
sine misericordia. Glosa autem exponit

predicta ut apostolus scilicet Repletos omni iniqui-
tate quia non parvi sunt / Deinde
enumerat iniquitatis partes ut apertius
eos accuset. i. illos dico repletos
malicia / Malicia est qua quis male
letatur alicui deprimi / Fornicatio est
omnis usus carnalis commixtionis
preter legittimum connubium / Avaricia
est multa acquirere nec superflua
pauperibus erogare / Nequicia est te-
meritas qua quis audet quod nequit
vel nequicia est inparancia sui / illos
dico plenos invidia. i. dolore alie-
ni boni / Invidus enim dicitur qui alterius
felicitate torquetur / et sic in dupli-
cem passionem inducitur Quia cum ipse alium
est alicuius esse non vult / aut alicuius
esse videns meliorem dolet non esse
similem homicidiis dicat plato quia scilicet
duplicia homicidia actu et volunta-
te contencione / Contencio est im-
pugnacio veritatis per confidenciam
clamoris / Dolus est cum aliquid simula-
tur et aliud agitur / Malignitas est
mala voluntas cum ultra non possit
vel debuisset grates non referre
susurrationes vel dicos discordias
seminantes / Detractores qui aliorum
bona negant et minuunt et velle
mala putentur / susurratio et detractio
que in nobis sunt addit dehinc deo
odibiles et contumeliosi quia deus vel
factis contumeliosa et turpia inferunt
Superbos a honoribus elati sunt illi
qui volunt parem vel parem / Inven-
tores malorum sunt qui genus novum
mali cum quo invenit / Inobedi-
entes verbo et ope parentibus carnalibus
vel spiritualibus non obedientes. i.
feris in dominatores / Insipientes
i. non distinctes inter bonum et malum
Incompositos habitu vel incessu. In-
compositio corporis indicat qualitatem
mentis / sine affectione. i. sine di-

lectione dei et proximi absque federe. i. so-
cietate sine misericordia quia comitantur
miseri / De Concordia peccatorum .10.

Ad hanc diversitatem concordandam
Animadvertendum est quod superbia est unum
medio et dicitur esse origo omnium viciorum
et initium omnis peccati aliquando dicitur unum
e in alium viciorum sed hoc quod est enim
vera excellencia sive vere honoris
amor talis excellencie vel talis
honoris non est superbia / Cum ergo dicitur quod
superbia est amor proprie excellencie
intelligitur de falsa excellencia est
enim quedam excellencia vana et
temporalis scilicet ut aliquis desiderat extolli
et elevari in temporalibus super homines
Si autem vult excellere vel sibi subsint
vitia et sic ascendat per virtutes ad
deum / Amor talis excellencie bonus
est et talis superbia si per superbia est [iemias]
dicenda est bona et sancta / Secundum gregorium
ait dicte sunt species superbie Quarum una non
superbia in modo dicitur sunt species que nominatur
pro hoc verso / Accipe primitus false
plus se omnibus inflat / Primi enim pu-
tat habere a se et non adeo superbus est
sicut qui putat habere adeo se
primitus suis et nunc de superbus est
sicut qui attribuit sibi falso bonum quod
non habet superbus est / sicut qui a deo bonum
habet et per hoc se preponit aliis superbus est
Sed nota quod michel magister naturale est
homini quedam appetitus proprii honoris
quia homo factus est ad ymaginem
et similitudine dei / quia naturaliter appetit
homo ut altus fiat et excelli appetitu
naturali sepe perpetitur animus hominis
ad considerandam propriam excellenciam
et sicut multi per actum peccatum ita
naturale est sicut superbia Cum contingit
quod de superbia nascitur omne peccatum
per occasionem / Sed dicit Apostolus quod
radix omnium malorum est cupiditas
quod quedam vero et actum enim peccatum
est sicut superbia dum est ex quo

Nota

quedam non crastat aliud ut ex gra invi
dia quedam nascitur rapina occasio
naliter ex ebrietate homicidium et ita
de omnibus aliis. Sed tamen quia ex sup
bia nascuntur omnia vicia quam ex
alio peccato et quia homo naturaliter
pronior est ad superbiam quam ad a
liud ideo dicitur superbia radix omnium vi
ciorum vel quia per superbiam primi pa
rentis omnes sumus corrupti ex
qua corrupcione nascitur omne
peccatum ideo dicitur superbia initium omnis
peccati sicut est dictum Gregorius quod initium omnis
peccati est superbia. Sic ita pateat de ipsa
et de alio peccato. ¶ ~~Quare superbia una virtutum~~
~~dicitur capud omnium virtutum ita superbia~~
~~omnium viciorum~~ // & .ii.

Preterea est notandum quod sicut dicitur
una virtutibus caput esse omnium vir
tutum, ita potest dici unum peccatum caput
esse omnium peccatorum. Ut fides dicitur esse
caput omnium virtutum fundamento et origine
mansuetudo educatione caritas in
formacione et imperio quia informat
omnes et imperat omnibus humilitas con
servatione. Quia qui sine humilitate
virtutes congregat quasi pulverem in ventum
portaret ut dicit Gregorius. Similiter potest dici
superbia capud omnium viciorum origine
quia ex illa oriuntur omnia peccata
quoque potest dici caput omnium viciorum quia
ipsa nutrit omnia cupiditas quia
omnia vicia eius obediunt imperio
Contemptus quia consummat omnia ut
dicunt compleccendo quod Gregorius contra sup
biam ut peccata virtus mortalia preter
vanam gloriam quia vana gloria
species est superbie. Sunt tamen secundum Gregorium
sic distinguere septem mortalia peccata su
perbia, invidia, ira, tristicia, avaricia,
gula, luxuria. Sunt tamen tamen istorum alia
nomina. Tristicia enim quam vocat apostolus
tristiciam seculi que mortem operatur
dicitur accidia, quia acidum vel acetosum
sive amarum et tedium est enim dicimus ob
sequium tediosum vel fastidiosum esse

alicui cum quadam aviditate. Avaricia
dicitur philargia, et dicitur a philos quod est
amor vel a philare quod est custodia
unde philargiria quasi amor vel cus
todia argenti. Gula non dicitur gas
trimargia a gaster quod est venter
et margos quod idem est quod pigricia. Gulas
abscedo tharro thura castrimar
gie et est sensus. Gulas semper menda
ces mala bestia ventres pigros. Augustinus
autem non enumerat species peccati sicut Gregorius
non enim enumerat illa principaliter peccata
que offendunt deum principaliter ut sup
biam et ydolatriam filiam eius. Sed
illa specialiter que offendunt deum et
proximum et tamen omne peccatum offendit deum
sed quedam etiam offendunt proximum
et ipsum agentem. Nec tamen aliquid offendit
deum. Propterea enumerat Augustinus peccata non
ut distinguat genera vel species peccatorum
sed enumerat ea que sunt in frequenciori
usu et quibus frequencius offenditur
proximus. Sicut enim ista sacrilegium
homicidium adulterium fornicacio falsum
testimonium rapina furtum iniustus pre
cipue offenditur offenditur proxi
mus. Per sacrilegium enim offenditur
etiam per alia maxime offenditur
proximus sicut enim ista homicidium
adulterium falsum testimonium ut supra. Pre
terea sequitur superbia invidia avari
cia et si longo tempore teneatur ira
accidia et ebrietas. Ista enim precipue
torquent et enervant hominem ipsum
et quia male torquetur homo ab
ebrietate. Igitur non fuit mens Augustini
distinguere species peccati nec est contra
enumeracionem Augustini. Redeo ad enume
racionem Gregorii. ¶ ~~De delecione venia~~
~~lis peccati~~ .12.

Item notandum quod supra dictum est quod veniale
peccatum deletur per cottidianam
confessionem. De qua dicit Iacobus
v canonica sua. Confitemini alterutrum
peccata vestra. Istud tamen preceptum non est per
se consilium et si fiat possumus confiteri

paribus vel inferioribus sicut sacerdos in
introitu misse confitetur ceteris suis.
Solet autem queri que sit forma talis
confessionis. Quidam enim confitentur
deo et beate marie et sancto petro et pau
lo cum ipsi non habeant claves ut possint
absolvere. Ad hoc dicendum quod confitentur
sanctis non ut absolvatur ab eis sed
ut orent pro eis. Item solent sacerdo
tes quidam in talibus confessionem generali co
fiteri homicidia et adulteria et alia
enormia peccata et excusant eos quidam
dicentes quod non confitentur in persona
propria sed in persona subditorum suorum
qui in talibus peccatis laborant, inclusis
tamen eis. Item simplices qui terrentur
qui audiunt quod sacerdotes talia confite
tur quod ipsi confitentur peccata sua cogi
tationibus et operibus et eis satisfaciant
sitant talis confessio generalis bis
in die mane ad primam et vespere ad
completorium ad delendum peccata
diurna. Item notandum quod non est
laborandum quod dispositio apostoli de
peccatis reducatur ad decem [precepta], quia
apostolus plura enumerat que continentur
sub eodem genere peccati licet diversis nominibus
appellentur. Quod ideo fecit quia magis
non sunt sub uno nomine quam sub
alio ut patet sine affectione et sine
misericordia. Idem fere dici possunt similiter
nequitia et malignitas. Fere idem
dici possunt similiter superbia et ela
tio. Et que apostolus distinguit fere
idem dici possunt vel una pro aliis dici.
Sufficit sacerdoti audire penitenti
quod omnia talia sunt peccata contra. Neque
apostolus neque gregorius neque augustinus aut
peccata mortalia posuerunt in eodem
vel ydolatriam vel apostasiam
vel veneficium vel sortilegium neque
peccatum in spiritum sanctum sed omnia talia
comprehenduntur sub enumeratis. De

Grosse. De decem preceptis 12.

Necessarium est omni sacerdoti scire de
calogum et precepta decalogi

ubi prohibentur omnia peccata contra tam
ea que pertinent ad deum quam que
ad proximum. Dicitur autem decalogus
a deca quod est x et logos quod est sermo
quia continet decem sermones id est
decem precepta ex quibus omnia des
cendunt. Primum autem est non habebis deos
alienos coram me. Non facias
tibi sculptile neque omnem similitudinem
in celo sursum vel in terra deorsum.
Similitudinem vocavit moyses
ydola que habebant aliquam similitu
dinem creaturis naturalibus ut ymagi
nem solis et lune vel neptuni
vel iovis. Sculptile vocavit id
quod volunt assimilare vel deo et
simulacrum. Conformaret talis fictio nichil
erat in mundo quia nulla conformatio
potest esse creature ad creatorem. Unde
apostolus ait ydolum nichil est in mundo
quia talis conformatio vel fictio non
est. Materia autem ydoli et forma
et dispositio eius aliquid sunt sed ipsa
fictio nichil est. Sicut dictum est. Item
secundum preceptum est non assumes
nomen dei tui in vanum id est non
iurabis pro nichilo. Vel non assumes
nomen dei tui in vanum id est corpora
qui est deus tuus sub carne
tua non separabis divinitatem vel
humanitatem. Tercium preceptum est
memento ut diem sabbati sanctifices.
Et ista tria precepta pertinent ad deum et sunt
secundum trinitatem. Primum refertur ad patrem
quia ei proprie fit iniuria quando
ei applicatur potentia. Iniuria enim
magna fit ei cum potentia sua
alia attribuitur creature quod sit sapientis
patris. Et per hoc preceptum excluditur
superbia. Quia ipsum deum sola ado
rat sed ille qui judicat. Quod autem
attribuit ydolo divinitatem maior
superbus est. Secundum preceptum attribuitur
filio quia cum dicitur non assumes
nomen dei tui in vanum sic ex
cluditur omnis pluralitas que est contra

veritati veritas autem sicut et sapientia
appropriatur soli filio hoc autem quartum in tercio
precepto dicitur memento ut diem sab
bati sanctifices attribuitur spiritui sancto
sicut igitur per precepta tria predicta per que
precipitur cultus dei verius et perfectius
scilicet ut colamus et veneremur deum
trinum et unum | Quartum preceptum est
honora patrem tuum et matrem ut sis
longevus super terram per patrem et
matrem intelliguntur illi omnes
quibus debemus honorem et bursam
impendere et habet soli precepto sit
promissio cum dicitur ut sis longevus
super terram | terram viventium quam in
terra viventium quia talis pietas
sicut ait apostolus habet promissionem
vite que nunc est et future | Ideo
autem promissionem habet preceptum dominus
fecit ut invitaret homines ad
opera eius | quia prediccabuntur
homines in die iudicii cum dicetur
eis esurivi et non dedistis mihi man
ducare sitivi etc. | Quintum preceptum
est non occides in quo prohibetur
tam homicidium voluntatis quamquam ho
micidium corporis homicidium enim
est cum quis vult occidere licet non
occidat sicut dicit Johannes qui odit
fratrem suum homicida est | Sextum
preceptum est non furtum facies in quo
intelligitur omnis rapina et omnis
ablacio iniusta rei aliene
sive per usuram sive per aliam extor
sionem iniustam ut in talibus et do
losis vendicionibus | Septimum est non
mechaberis in quo prohibetur omnis
usus illicitus genitalium membrorum
| Octavum est non falsum testimonium di
ces sic prohibetur omne menda
cium Nonum est non concupisces uxorem proximi tui | De
cimum est non concupisces rem proxi
mi tui neque domum neque agrum
neque bovem neque ancillam proximi
tui neque omnia que illius sunt
Videntur autem hec duo precepta
superflua quia sicut prohibita est volu
tas fornicandi et voluntas furandi
dum est non mechaberis non furtum
facies Ad hoc dicitur | quia occidere
quidem est horribile et non delectabile
et ideo non est attractivum voluntatis
Sed divicie et luxurie sunt delectabiles
nature corrupte et ideo multum attra
hunt voluntatem et appetitum fornicandi
et divicias habendi et ideo magis necesse
fuit prohibere voluntatem et concupiscentiam
fornicandi et divicias habendi quam
prohibere voluntatem homicidii | Aliter
tamen quod fuit necesse prohibere iniustam volunta
tem | quia ubi prohibetur voluntas ibi
prohibetur et opus | quia qui non
vult facere non facit Item duo tamen sunt
causa quare prohibita sunt opus quia
per penam voluntatem non noceret homi
nisi sibi ipsi et per opus proximo Et
ideo ne noceamus proximo prohibitum
fuit opus | Item quia ipso opere ho
delector efficitur quam sola volu
tate ideo prohibitum est opus | Tertio quia
valde naturale est et delectabile nature
corrupte fornicari et divicias
quere credebant homines sicut dicunt
est tales voluntates sine opere non
esse peccatum et ideo expresse sunt prohibi
te utreque scilicet voluntas et opus |
Que ista precepta ad deum pertinent
septem ad proximum pertinent
Notandum quod sicut tria prima
precepta pertinent ad deum ita
septem ad proximum | In duobus autem
tenemur scilicet proximus ut eis
subveniamus et non ledamus | prohibetur
autem quod dicitur patrem honora et
matrem intelliguntur omnia in quibus
subvenire debemus proximo Leditur
autem dupliciter proximus scilicet facto et
in dicto scilicet per cogitacionem facto autem
leditur supra deum nisi sibi ipsi
homo noceret | prohibetur autem deus
ledere proximum cum dicitur non occides
falsum testimonium | facto autem leditur

explicite scilicet vel in corpore vel in fama vel
in possessionibus suis proximi cum dicitur
prohibetur non occides quia sic prohi
betur omnis iniuria que fit contra pro
ximum in corpore. Item aut scilicet lede in familia
aliquis prohibetur cum dicitur non mechaberis
quia sic etiam prohibetur forni
catio cum uxore vel cum filia vel sorore
vel cum nepote aliquorum. Tertium scilicet le
de aliquem in possessionibus prohibetur
cum dicitur non furtum facies et in re
bus seculi. Potest autem dici quod in de
calogo diliges dominum deum tuum ex
toto corde tuo et ex tota anima tua
ad hoc est dicendum quod primum preceptum
fides precipitur ubi precipitur cultus
unius dei et idolatria prohibetur. Secundum
spes precipitur quia ibi precipitur ve
ritas et credere prime veritati. Deus
autem est prima veritas verax est in
omnibus promissis suis et ideo debemus in
ipsum sperare. Per tertium preceptum precipitur
caritas ubi precipitur honorare
primam veritatem vel bonitatem quia
non possumus facere sine caritate. Pos
set etiam dici quod ubi precipitur coli
et honorari unus deus precipitur
quod est caritas quia adorari non
potest nisi valde diligatur. Item
omnes quatuor cardinales virtutes
in decalogo precipiuntur precipitur etiam
prudentia cum dicitur honora patrem et
matrem magna prudentia opus est
invenire quomodo aliter honorandi sunt parentes
et aliter filii et aliter superiores. Per hoc
aliter filii et aliter inferiores per hoc
autem quod dicitur non mechaberis precipitur
temperantia. Per hoc quod dicitur non occides
precipitur fortitudo quia magna
est fortitudo vincere iram. Item
dicunt sancti quod decalogo prohibentur
omnia mala ergo prohibentur septem cri
minalia vitia et patet quia ira prohi
betur cum dicitur non occides et
luxuria cum dicitur non mechaberis
et avaritia cum dicitur non concupis
ces rem proximi tui. Sed ubi prohi
betur superbia ubi invidia ubi
accidia ubi gula. Dicimus quod superbia

quod in primo precepto prohibetur superbia ubi
precipitur deus adorari quod non potest fieri
nisi humiliet se homo sub deo. Cum
autem non vult humiliare se sub deo superbus
est. Unde primus homo qui noluit esse
subiectus deo sed voluit esse sine domino
superiore per magnam superbiam peccavit
quia non contra invidia super est superbie
comes non potest homo superbire nisi
aliis invideat. Ubi prohibita est in
vidia. Per hoc autem quod dicitur memento
ut sanctifices diem sabbati precipitur
ut celebremus interiora festivi
tatis dei tam interiores que sunt
in corde quam exteriores institutas
ab ecclesia. Ubi autem est talis festi
vitas removetur omne tedium et
fastidium. Unde ubi prohibetur accidia
dixerunt quidam quia ubi prohibetur
luxuria et gula quia comites sunt
gula et luxuria. Alii dixerunt quod in
prohibetur memento ut sanctifices diem
sabbati prohibetur gula quia
crapulatus per gulam nunquam bene vel
de die vel de nocte celebrare potest
festivitatem dei immo sepe impeditur
per hoc. Item notandum est quod precepta
affirmativa non obligant ad semper
sed pro loco et tempore cum non semper teneor
honorare parentes et maiores sed quando opus
est. Precepta non negativa vel prohibi
tiva obligant ad semper quia non sum
teneor fornicari et non occidere et
ita de ceteris. ~~De decem plagis~~
~~egyptiorum~~ ~~17~~

Sciendum est quod iuxta decalogi
preceptum assignari decem
plage egypti quas utile
est scire sacerdotibus contra multa casibus
confessionum solent etiam assignari
lineis versibus ~~prima rubens unda~~
~~ranarum plaga secunda inde culex~~
~~tristis post musca nocivior istis~~
~~quinta pecus stravit vesicas sexta~~
~~creavit pena subit grando post~~
~~bruchus dente nephanda nona~~

tegit solem prima necat ultima plenum
Primo convertit dominus omnes aquas egyp
ti in sanguinem Secundo fecit ebullire ranas
per totam terram et etiam per omnes domos
egypti Tercio tot fecit venire ci
nifes et culices in tanta multitudine
quod homines et pecora non potuerunt
oculos suos aperire vel defendere Quarto
misit cinomias et muscas caninas
que quosque homines pungebant et
torquebant Quinto occidit omnia pecora
per que debuerant homines vivere
Sexto fecit postulas et inflaciones
ulcerosas per totum corpus egypciorum
Septimo fecit venire tam grandinem
et fulgura et tanta quod destruerent
omnes arbores et fructus egypti
Octavo fecit venire omnes qui
dam bruci et locuste qui devora
verunt omnem herbam in terra egypti
Nono fecit venire tantas tene
bras et tam densas quod erant pal
pabiles ut nec se poterat movere homo
a loco in quo stabat et non poterat
stare quo ibat Ultima plaga fuit
mors primogenitorum quia omne pri
mogenitum sive hominis sive pecoris
sive cuiuscumque bestie fuit occisa
tum una nocte Omnes autem iste
plage notari possunt hiis versibus Sag
~~wis rana culex cinomia mors pe~~
~~cudum ulcera grando bruchus tenebre~~
~~caput~~ stirpe mortua prima Decem pla
ge que corporaliter fiebant in egypto
spiritualiter fiunt in ecclesia hodie Ad
vincendum x plagas dedit dominus
x precepta possunt ad aptari x pla
gis sic patet Prima plaga
aqua in sanguinem conversa est per aquas
significatur cognicio dei id est fides
sanguinis non est infidelitas vel ydo
latria huius plage est medicina
primum mandatum scilicet dominum deum tuum
adorabis Secunda plaga est rana per
quam intelligitur mendax loquacitas
huius plage medicina est secundum ma
datum scilicet non assumes nomen dei
tui in vanum Tercia plaga
culices et cinifes id est musce quedam
per quas intelliguntur curie mundi vel
inquietudines Hanc plagam sanat
tercium mandatum scilicet memento ut diem
sabbati sanctifices id est ut quiescas ab actibus
Quarta plaga est cinomia id est musca
canina canes autem non cognoscunt pa
rentes suos ideo per eos intelli
guntur illi qui in honorem sint parentibus
et proximis suis Hanc plagam sanat
quartum mandatum scilicet honora parentem et
amicum Quinta plaga fuit pecudum
per pecudes intelliguntur luxuriosi
qui moriuntur in luxuria sua Hanc
plagam sanat quintum mandatum scilicet
non mechaberis Sexta plaga fuit
ulcera id est vesice vel pustule sive sup
bie que deformat corpus vel faciem
hominis per hoc significatur ira et tumores an
imi et proximum Hanc plagam sanat sex
tum mandatum scilicet non occides Septima
plaga fuit grando que grandinavit
super ficus et vineas in quibus est dul
cedo per grandinem autem intelligitur
crudelitas que non miseretur proxi
mis Hanc plagam sanat septimum
mandatum scilicet non furaberis Octava
plaga fuit bruchus sive locusta que
devorant omnes herbas et fructus
per hoc significantur detractores qui
devorant quantum possunt
mendacia et annichilant virtutes aliorum Hec pla
ga curatur per hoc preceptum non falsum
testimonium dices Nona plaga fuit
tenebre dense omne autem peccatum
potest dici tenebre scilicet adulterium de
bet dici tenebre quia ultra omnia
magis ledit hominem et sensibilibus
quam adulterium uxoris Sic hanc
plagam sanat hoc mandatum scilicet
non concupisces uxorem proximi tui
Ultima plaga fuit mors primogeni
torum primogenita nostra sunt fides spes
caritas que faciunt nos filios dei
et heredes ihesu christi Deinde autem fi
dem habet sed dicit augustinus et non concupiscit

plus alicuius fieri diues qui autem
concupiscit res alterius non vult ut ha
beat alium heredem nisi ipsum qui eo
concupiscit, quia vult ei succedere in
bonis suis. Hec eciam accidunt primo
genita sua .i. fidem spem et cari
tatem quibus debent gaudere ut cent
filii dei spirituales habent quinque plagas
sanat hec mandatum scilicet non concupisces
rem proximi tui etc.

Septem peticiones in ordine dominica
vii dona spiritus sancti
liberari a malo
non induci in temptacionem
peccata dimitti
panem dari
voluntatem fieri
adventum regni
nomen patris sanctificari

Septem dona spiritus sancti

Spiritus timoris contra
spiritum superbie
pietatis contra s.
invidie
scientie contra iracundie
fortitudinis contra accidie
consilii contra a
varicie
intellectus contra gule
sapientie contra spiritum
luxurie

paupertas spiritus
mansuetudo
luctus
esuries
misericordia
mundicia cordis
paciencia scilicet pax

Octo beatitudines in evangelio

Regnum celorum
possessio terre
consolacio
saturitas
misericordia
visio dei
appellacio filiorum dei

Mercedes ad beati
tudines conceptas

De septem peticionibus in ordine
dominica et de septem donis spiritus sancti
et de octo beatitudinibus. 16.

Eloquia domini eloquia casta.
Octo beatitudines sunt quarum
septem impetrantur per vii pe
ticiones in oracione dominica et
per septem dona spiritus sancti per quas

peticiones peccata vii vicia Hec est
prima peticio sanctificetur nomen tuum
a te qui pater noster es cuius nos filii
tui dicimus cuius nos semper conformetur
in nobis nomen tuum ut non possimus
degeneres esse tui, non eciam poterit esse bonus
filius nisi patri se similet per hanc ex
cluditur vicium superbia que dyabo
lum fugat et introducitur timor
qui est inicium sapiencie. Inde sequitur
prima virtus scilicet paupertas spiritus quam
sequitur prima merces scilicet regnum celorum.
Secunda peticio est adveniat regnum tuum
hoc est veniat totus mundus ad regnum
tuum sic excluditur invidia que est
dolor felicitatis aliene et introdu
citur pietas dei per quam eciam ille
invidet omnibus prodest si potest et sequitur
2a virtus mansuetudo que impetrat
possessionem regni celestis quia beati
mites. Tercia peticio est fiat volun
tas tua sicut in celo et in terra .i. apte
ut sic faciant homines in terra sicut
angeli in celo et sic excluditur ira
que impedit constare que sit volun
tas dei et introducitur donum
sciencie que docet equanimiter compa
tere. Inde sequitur tercia virtus scilicet luctus
pro peccatis propriis et alienis et impetrat
consolacionem eternam. Quarta peticio est
panem nostrum cottidianum hoc est omnem
cibum qui pertinet ad 4 partem die
Ita excluditur accidia que est
fastidium boni et ingreditur donum
fortitudinis eciam per quam dormitat
anima mea pre tedio confirma me in
verbis tuis et sequitur quarta virtus
scilicet esuries et sitis hic impleti de
temporali vel spirituali et impetrat eterne
beatitudinis saturitatem. Quinta peticio
est et dimitte nobis debita nostra et ita lar
ge scilicet in dando et dimittendo debitum
et excludendo avariciam et intro
ducendo consilium quod est vadet vende
omnia et da pauperibus. Inde sequitur
quinta beatitudo que est misericordia que impe
trat misericordiam dei. Sexta peticio est
et ne nos inducas etc. et maxime

contra gulam cum excluditur gula et
introducitur donum intellectus quod est contra
crapulam et semper sequitur virtus scilicet con
tricio cordis per quam dei visio impe
tratur. Septima peticio scilicet libera nos
a malo hec est contra luxuriam et sic ex
cluditur vicium quod meliores quosque
apostatare facit et eciam sapientes
et introducitur donum sapiencie quia qui
saporem huius gustaverit a delectacione
luxurie elongabitur et sequitur pax
que impetrare et impetrata erit Ecce
decem dona spiritus sancti visio quorum
dam .fol.

Solet autem queri utrum septem
dona predicta sint virtutes et di
cunt quidam quod non ymmo sunt
quedam bona que adiuvant habentes
ad faciendum bona opera virtutum vel fa
ciunt eos ut sint habiles et ydonei
ad recipiendam graciam quamvis non sint
gracia. Cum et sapiencia et intellectus et
consilium multum adiuvant virtutes ad
bona opera sua per agenda. Unde dicit
apostolus Sine (?) pax vel nichil valet
ad hoc vincendum. Sed hec racio quod
fides cum sciencia non est virtus ut fa
ciat hominem esse bonum. Cum ipse predicator
dicat diversas species esse sub virtute
et sciam. Dicunt tamen quidam quod illa duo
dona non sint virtutes sed quedam
bona data hominibus sicut donum
prophecie interpretacio sermonum et genera lin
guarum. Dona bona sunt sed non sunt
virtutes quia multi prophetabant ma
li et sermones interpretati sunt et diversis
linguis locuti sunt. Timor autem cas
titas et pietas et donum fortitudinis
secundum eos dona sunt et virtutes. Nos
autem dicimus communiter quod omnia dona
sunt virtutes quia sciencia de qua magis
videretur virtus est vera (?) quia
secundum hoc sciencia est virtus eligendi fa
cienda aut faciendis ut fiant
facienda. Alia non sciencia qua scimus
que sunt facienda et quomodo facien
da non est virtus sed sola electio

faciendorum facit esse virtutem. Timor
autem quadripertitus est. Est enim timor
naturalis timor servilis inicialis sive
castus et timor filialis. Timor au
Solet etiam queri utrum eis qui traduntur ad patibulum danda sit eukaristia et utrum suspensi debeant cimiterio sepeliri. De hoc sic dicit canon: questum est a quibusdam sacerdotibus de hiis qui in patibulis suspenduntur pro sceleribus suis post confessionem peractam deo utrum cadavera eorum ad ecclesiam deferenda sunt vel misse pro eis celebrande vel non. Quibus respondemus: si de omnibus peccatis suis puram confessionem agentibus et digne penitentibus communio in fine secundum canonicum preceptum danda est, cur non [illegible] vel communione vel sepulturam eis [illegible] dicunt qui pro peccatis suis penam expleverint et confitentur vel desiderant confiteri. Scriptum est enim: non iudicabit deus bis in idipsum. Alibi tamen dicit canon quod quamvis aliquo modo scripturas concedant, non debent pro eis misse celebrari nec ipsi debent in cimiterio sepeliri et in fine [illegible] de hiis placuit fieri qui pro suis sceleribus moriuntur. Sed hec tamen de penitentibus dicendum et intelligendum est. Ita tamen ex consuetudine ecclesie sunt mutata quia dampnati solebant eukaristiam ore tenere cum ipsa suspenderentur; propter eos etiam prohibuerunt ne corpora suspensorum sepelirent in cimiterio sed dum reportarent ad tortorem aliorum. Dicunt enim seculares esse corpora et [illegible] dicunt quod de corporibus defunctorum possunt facere quod volunt. Si autem permittat principes dampnatorum corpora deferri ad ecclesiam et sacerdotibus de eorum pena constitit, peccarent nisi tradant eos sepulture Christiane. Corona libere in prata sunt ~~dicenda. De triplici pace~~

Et autem ad pacem. 12

Christianam materiam dicendum est [illegible] dicunt horas in privato. Debent dare benedictiones ad hoc institutas et [illegible] sine proposito ut dominus vobiscum si sit sacerdos. Etiam si nullus fuerit clericus respondentis. Et si nullus fuerit in ecclesia nisi unus dicit tamen dominus vobiscum. Sacerdos in publico et loquitur ad omnes fideles de ecclesia. Sed tamen de debito in persona ecclesie et cum spiritu tuo et deo gratias et amen. Sic et enim dominus vobiscum proprium est sacerdotum et est sumptum a libro Ruth ubi Boos dixit messoribus suis dominus vobiscum. Alii autem clerici omnes loco illius vero dicunt domine exaudi oracionem meam. Dyaconus non evangelium legit [illegible] dicit dominus vobiscum. Episcopus autem qui principalis est vicarius Christi dicit pax vobis sicut in voce ipsius est dominus ad apostolos. Sed hoc tamen dicit in missa ut intelligat quod licet vicarius sit Christi tamen debet se moribus conformare et ideo dicit dominus vobiscum sicut et alii. Quando autem redit ad altare deponit mitram et baculum quoniam in humilitate tunc agit ipsi ad deum. Quando vero redit ad populum tunc mitram sumit et baculum quia tunc agit potentiam et tamen dei ad populum. Sacerdos autem quando danda est pax: pax domini sit semper vobiscum, ad significandum quod non est dignus vel ad pacem vel eukaristiam accedere nisi ad eos pacem habeat peccatoris.

[Margin: ex propria]

[Margin, boxed: [illegible] ad populum pax [illegible] autem]

~~De triplici pace. 13~~

Est enim triplex pax, scilicet pax pectoris per quam homo debet dimittere omnem rancorem. Alia pax temporis que quandoque deest. Quando vero [illegible] et est pax eternitatis que erit in patria. De autem triplici pace dicitur dominus [illegible] ait pacem relinquo vobis pacem meam do vobis non quomodo mundus dat ego do vobis. Primam [illegible]

pax eternitatis quam vocat dominus pacem
suam / pro qua pacem notitur pax pec-
catoris quam vocat dominus aliquando
pacis Tertia pax est temporis quam
dominus vocat pacem mundi / Et non
quando sacerdos dicit pax domini sit sem-
per vobiscum dicit ter agnus dei misere-
re nobis et tertio dicit dona nobis
pacem / et assignatur racio supra secundus
Agnus dicitur ab agnoscendo vel
ab agnos quod est pietas quia agnoscit
prius in morte parentis genitricem
suam perdidit ei innuendum pietate vnde
dicitur quibus in missa misereri posu-
imus agnum Tertia causa pro pa-
ciencia sibi pascit ab agno / Debi-
~~tum dicentibus lectionem~~ le xx.

Debent autem omnes dicere iube
domne benedicere et postea ben-
edictionem dare Est autem constitutio
ecclesie quod in quolibet nocturno prima de-
bet esse benedictio de patre / secunda de filio tercia
de spiritu sancto / Tamen si legatur exposicio
evangelii benedictio est evangelica vt fontis
evangelii repleat nos dignitate celi
evangelii vel sit evangelica lectio sit nobis semper
vel salus et protectio / Alia est benedictio
penultima que in multis ecclesiis est ita
semper / divinum auxilium maneat sem-
per vobiscum / Ultima non benedictio ista
est / ad societatem civium supernorum
perducat nos rex angelorum / non autem
quilibet debet sibi facere novas benedictiones
nisi / quia illa que sunt ab ecclesia
institute maiores sunt reverencie
Postea est notandum quod hic est in proposito
imperativa cum dicitur Iube domne benedicere
quia hic non domine ut patet / est
cum vnum verbum compositum iube benedicere
et sic declinatur iubeo benedicere iu-
bes benedicere iubet benedicere iussi bene-
dicere / et sic deinceps et idem est quod bene-
dicere / sic dicitur benedicas benedixi vnde cum dicit
lectorum Iube domne benedicere idem est quasi
diceret benedic domne / similiter est vnum
compositum iubeo saluare iussi sal-
uare significat idem quod saluto salutas

tat. Vnde poeta versibus amatorum
suum saluare iubemus id est salutamus
et est dictum compositum cum salue et iu-
beo Sed sunt quidam qui dicunt iube
domne benedicere dicentes quod cum deo
loquitur dicere debemus domine / cum vero loquitur
homini domne / Sed hec conventio fuit quorum-
dam modernorum qui abbates suos
vocant domnos Sed hoc nichil est / Hec
enim vox dominus non est significativa nec
ecclesia vtitur auctoritate vnde
sunt pessimum vocare domnos sicut dicitur
domnus papa domnus pontifex domnus rex /
~~Terminare videtur ad tu autem domine~~
~~deo gratias~~ et ad quod laici teneantur &c. /

Solet enim queri vtrum lectionis
cum dicitur tu autem domine miserere no-
bis dicatur deo gratias / videtur enim
quod potius dicat deo laude sicut ad
alias videtur dicendum Interpretatur
autem amen / id est sine defectu ut sit
sensus ut sit sine defectu / vel ita est
quod amen quandoque ponitur deprecative / quandoque
confirmative / ad propositum quod dicendum
est quod cum dicitur deo gratias non videtur
ad orationem illam Tu autem domine miserere nobis
sed ad finem precedentis lectionis et
agimus deo gratias de hoc quod datum est
Cum igitur etiam ad confessionem veni-
unt diligenter ab eis inquirendum
est quas horas suas dixerunt et
quatuor vocibus ministrarerunt
suas vel prius / et iniungendum est
negligentibus ut suppleant pretermissa
laicis vero omnibus iniungendum est
quod singulis diebus mane et vespere
dicant orationem dominicam et symbolum
apostolorum scilicet credo in deum et signant
se signo sancte crucis dicentes in
nomine patris et filii et spiritus sancti et quandocumque
ad mensam sederint cibum sum-
pturi benedicant ut sicut stant gratias
deo agant / Narrat enim beatus Gregorius
quod in quodam monasterio esset demo-
niaca et sacerdos admirans demone

ut docet videt

ut exiret vidit demonem sedentem in
mulieris: Cur me in. mulierem intrasti
non autem sed ipsa me inmisit cum
sederem in orto super lactucam illa
ingressa videns lactucam accepit eam
sine benedictione et me comedit sic
cum lactuca. Propterea attendendum est
quod laycis ut quociens comederint
quod deo dent elemosinam, magis
quam mensa cum sint mensa in qua christus
benedicta cum sint quia sicut dicit sapiens
non sunt quinque sacerdotalis officii etc.
De periculis sacerdotalis officii etc.

Post hec attendendum de periculis que
sepe contingunt circa officia
sacerdotis. Contingit enim quod
sacerdos pervenerit ad egrotum
quod cum sacerdos pervenerit egrotus et dubitatur
non potest loqui egrotus et dubitatur
utrum ei dare debeat eukaristiam,
non debet, quia confessionem non habuit, non debet
quia confessionem non habuit. Non debet
cum dari eukaristia nisi penitenti
cum si aliquibus de penitentibus mani-
festum si quis publice non debet
petit eukaristiam a sacerdote non debet
ei dari. Si quibus non vis exterior
bus fidem christi profiteatur et privato di-
cat sacerdoti non adhuc possim peni-
tere de hoc peccato non potest ei sacerdos in
publico eukaristiam denegare, sed
de privato dicit enim canon non possit
dispensator pinguedinem terre
manducare sed moneat exactorem
timere. Exactor autem est qui instanter
petit eukaristiam sed tamen non vult penitere
et privatorum sceleribus dicitur pinguedinem terre et
ideo tamen est exactor qui plexus mor-
talibus peccatis mortalia. Si enim corpus christi
sumit peccat mortaliter, quia indigne
sumit, sed tamen si non sumit peccat mor-
taliter quia peccare tenetur et sumere
penitere non vult nisi forte consilio
sacerdotis abstineat ab eukaristia quod
quamcumque penitenti propter enormita-
tem peccati precipitur ut abstineat
accipere christi nisi ad peractam penitentiam
vel partem penitentie vel eciam nisi ad
exitum vite sue. Credimus autem

quod cum egrotus loqui non possit si per aliqua
certa indicia intelligat eum sacerdos
esse penitentem debet ei dare corpus
christi quia debet reputare illum confessio-
nem quam si posset confiteri vellet, sicut circa
illum reputat esse baptisatum qui desi-
derat baptisari, et non est qui eum bap-
tisaret vel propter defectum aque vel
propter aliud impedimentum. Si in-
firmus non possit ultime cibum etc.

Item aliud periculum sepe contingit
quod infirmus qui ultimum potest ultime cibum
et si sumpserit eukaristiam statim vomit
et ita nichil ei prodesset si non
deglutire posset. Cum quidam contigit
in annalibus circa quandam presbyterum
christi qui cum de extremis laboraret
et nullum cibum deglutire posset. Sa-
cerdos autem pie ipsum deludere vole-
bat et non consecratam porrexit ei
hostiam. Ipse autem dixit non est hic
dominus meus. Iterum consecratam non consecra-
tam porrexit ei hostiam et vidit
ut prius. Ad ultimum non ipsum corpus
christi cum porrexit, et ipse per spiritum
statim edoctus, vere hic est dominus
meus, et ita sumpsit corpus christi. Circa
¶ dominus autem quod in predicto casu quod licet
egrotus non possit deglutire tamen si
gustus suus fuit immutatus per
unionem forme panis vel vini, satis
sumpsit corpus christi. Cavendum tamen primo
deciendum est ne reiectio illa effundatur
sed in mundo vase recolligatur et com-
burendum et combustio in sacrarium mittatur.
Si autem aliter per gulositatem contin-
gat vomitus post eukaristie sumpcionem,
sicut contingit in pascali tempore, de-
bent in confessione instrui ut recep-
ciones illas colligant et comburant,
et ad sacrarium deferant. Et si
hoc ex crapula vel gula et non ex
infirmitate contingit debent eis
[illegible] xl dierum alia xl in pane et
pro aqua ieiunans eius iniungere. Si

Aranea in [illegible] est / incidatur [illegible]

non sacerdoti contingit sed multo magis e-
ueniendum. propter hanc tamen institutum
est ab ecclesia ne consecretur in calice
cupreo vel stagneo, quia tale
metallum prouocat ad nauseam. similiter
institutum est ne fiat consecratio in ca-
lice ligneo, lignum enim porosum est et
possent aque gutte vini consecrati
poros ligni subintrare. ¶ ~~Si ara-~~
~~nea ceciderit in calicem~~ .18.

Item aliud periculum quod accidit
scilicet cum aranea incidit in calicem
vel musca venenosa, quid tunc sa-
cerdos faciat. legitur enim de quodam
sacerdote qui sumpsit totam araneam
cum sanguine Christi nec sensit lesionem.
sed hoc non est tenendum ad consequentiam
quia non debet sacerdos temptare deum ut
faciat pro eo miraculum. Si sumpserit
venenosum, ut non inciditur vel statim
extrahatur et comburatur quid quod est
de calice cum ipsa aranea et mittat
in sacrarium. Melius tamen est quod ara-
nea comburatur propter sceleratam formam vi-
ni [illegible]. propter hanc tamen institutum
est quod calix et ipsum altare mundo
panno cooperiantur, et nunquam sub
diuo id est sub aere puro celebratur
et ne cadat in ipsum desuper [illegible]
vel possit aliquid ¶ ~~Si calix effu-~~
~~datur cum sanguine Christi~~ .19.

Item contingit quod calix in manu
sacerdotis cadit et effunditur. Et
tunc dicit canon, si hoc per negligentiam accidit in ea
contingit sacerdoti debet penitere per
xl dies in pane et aqua. Si
tinxerit per primam scilicet pallam al-
taris. Si autem tinxerit per unam per
xxx dies penitebit. Debet sacerdos
lambere et sugere et extergere quantum potest
effusionem ab ipsis pallis, et si non
potest extergi abscindatur illa pars palle
et comburi que per talem madefacta
fuit per fusionem. Si vero ad lapi-
dem peruenit debet lapis abradi
et abrasio mitti in sacrarium. Propter

hanc causam institutum est quod ad minus
super altare sint due palle benedic-
te, vel non non benedicta apponatur
ut bibat sudorem et immunditiam
lapidis ne ad pallas perueniat be-
nedictas. Sudant enim sepe lapi-
des et precipue marmorei quando
aer spissus est et madidus. Propter
hanc tamen institutum est ne quis
celebret in naui, quia propter motum
nauis posset calix cadere. Propter
eandem tamen causam institutum est ne
quis celebret nisi super firmum
lapidem, et quia dixit dominus quod
ecclesia fundata est super firmam pe-
tram, et ideo nullum altare debet con-
secrari nisi bene firmatum sit
super basim quandam intra fixa vel
si altare sit portatile per tabula
debet firmiter coniungi cum quadam capsa
lignea, et si motus fuit lapis ab
illa capsa perit tota benedictio et debet
iterum lapis firmari et consecrari antequam
super ipsum celebratur. Debet esse
lapis tante quantitatis quod calix stans
super ipsum non possit attingere lignum
capse ex aliqua parte. Item cum super ali-
quas petras ut predictum est debet celebrari
sancta id est unctus est in petra sancta
[illegible] quod si aliqua dedicata fuit ecclesia
et aliquo modo maior [illegible] altare motum
fuit tota dedicacio. Item si extra
super altare celebrant non est alia
pena nisi moueatur aliud altare
quia sic perit tota consecratio. Adhuc
autem instituta sunt altaria portatilia
ut possit celebrari in loco
non consecrato tempore necessitatis vel expedi-
tione vel cum magni viri infir-
mitate. Multum tamen bene possunt celebrari
curatoribus et camerariis nobilium
in negligentia est si aliquo modo
possunt attendere ad ecclesiam aliquam
et in audire et non attendunt. ¶

~~Si sacerdos incipiat egrotare in altari. 60~~

Item aliud est periculum si incipiat
egrotare sacerdos in altari in celebratione ita
ut inceptum non possit perficere. In tali
autem casu si presens est alius sacerdos
debet perficere et ibi incipiat ubi egrotans
sacerdos dimisit. Si vero non possit
iudicare incipiat ubi per certa signa
perpendens credidit dimisisse. Si non
alius non fuit presens sacerdos expec-
tetur usque in crastinum et eius fiat
quod potest alius ubi debeat incipere
indicet sacerdoti.

~~Si araneus vel vermis formam panis corrodat. 61~~

Item est periculum aliud si ita negli-
genter sacerdos eukaristiam reponit quod
mures vel vermes venenosi accedant
et formam panis corrodant. Et in
tali casu hostia illa non debet sumi
propter periculum veneni sed comburi et in
sacrarium debet mitti. Et sacerdos a cele-
bratione misse ad minus per sex septi-
manas debet abstinere. Unde autem sta-
tutum est in ecclesia quod eukaristia sit
sub clave conservata ne mures vel
vermes possint attingere. Etiam ne
possint sortiarie accedere et sua
inde veneficia vel sortilegia exer-
cere. Ob eandem etiam causam statutum
est ut fons baptismatis sit bene coo-
pertus et cum aqua in vasculo conservetur.

~~De matrimonio et eius solempnitate. 62~~

In tractatu de prima quod unum est sa-
cramentis de aliis tribus diximus sacra-
mentis scilicet de baptismo de ordine et
eukaristia. Restant adhuc alia
tria scilicet matrimonium confirmacio et extrema
unctio. Est autem matrimonium coniunctio
maris et femine legitima et indisso-
lubilem vite retinens consuetudinem.
Dicitur autem matrimonium potius quam patrimo-
nium quia mater plures sustinet
angustias portando generando
et nutriendo prolem quam vir. Item
tamen potest dici coniugium quia eque per-
tinet ad virum et ad feminam. Similiter
aut coniunctionem facit consensus quia
sicut dicitur in canone. Solus consensus
facit matrimonium. Aliud tamen est consensus
aliud matrimonium. Sunt autem in duo consensus
et unum matrimonium. Unus consensus viri, alter
mulieris, qui scilicet simul consentiunt in
perpetuam copulam. Matrimonium autem
sive coniugium est illud vinculum
in duobus simul, sicut uno equo
vinculo duo ligantur. Est autem
consensus quedam interpretatio ut si quis
dat rem de aqua dicenda et
post cognoscit eam carnaliter. Simul
pertinet interpretatur in ipsa car-
nali copula mutuum intueri
consensum, et ideo sibi dicit ~~[illegible]~~ esse unum
matrimonium. Patet igitur quod vir et mulier
contrahere possunt matrimonium inter se sine
sacerdote et nullis aliis in quocumque
loco divino imperpetuum conveniat
vite consuetudinem, tamen propter reverenciam
matrimonii addita sunt multa ad securi-
tatem et solempnitatem. Debet autem si
in ecclesia tempore antequam vir et mulier
coniungantur denunciacio ut ex scilicet
coniugi possunt legitime et sic propter mag-
nam sanctum est securitatem. Si enim postea
accusetur matrimonium illud eo pretextu
quod denunciacio facta est et tacue-
runt nichil per eam dicentes
non testes esse contra illud matrimonium.
Item nisi matrimonium contrahatur in facie
ecclesie cum solempnitate a sacerdote
benedictione et anulo in missa et ve-
lamine nescietur an matrimonium esset
an non, et non in magna reverencia
haberetur. Statutum est etiam in ecclesia
quod si aliqui sine solempnitate inter
se contrahant non debet sic vel dici inter
eos matrimonium donec coram ecclesia cum
solempnitate coniungantur debita.

~~De forma matrimonii contrahendi. 63~~

Est autem talis forma contrahen-
di matrimonium ut scilicet vir dicat
mulieri accipio te in meam

z mihi videat Accipio te in meam
sunt verius est consensus per verba
de presenti et verum matrimonium Si autem
dixerit Accipiam te in meam vel te
in meum tunc verius est consensus
per verba de futuro et ultimum matrimonium obiectum
preterea cum condiciones apponuntur ante
debet attendi, potest enim esse talis con
dicio quod enervat substantiam matrimonii licet
etiam consenciant per verba de presenti ut
si dixerit mulieri sic accipio te in meam
vel in meum sub condicione quod steriles
procuremus tali condicione ut nunquam
prolem generare possimus tunc ultimum
inter eos est matrimonium quia talis
condicio est contra substantiam matrimonii. Item
si dixit alicui accipio te in meum
sub condicione quod liceat mihi cum alio
viro dormire nullum est matrimonium
ut dicunt multi. Secus si dixit acci
pio te in meum si occidas illum ho
minem matrimonium est. Illa autem condicio
non est contra substantiam matrimonii et ideo
condicio talis tamen teneatur licitum, frangat
illicitum ut c. ¶ de condicione vir et mulieris 6x.

Sciendum est etiam quod consensus ma
trimonii debet esse non solum verborum
sed etiam animorum unde si quis ficte di
cat accipio te in meam et tamen ani
mo non consentiat, sed licet non dicat in
anima, contrariatum non est in matrimonio
quantum ad deum, sed quantum ad ecclesiam
matrimonium est si coram testibus est.
Deus enim iudicat de occultis
et homo iudicare non potest nisi de
manifestis. Diligenter enim debent sacer
dotes inquirere cum est de talibus sus
picio utrum consensus animi virum et
mulierem intervenerit. Quod non dicitur
indissolubilem vite retinens consue
tudinem non est intelligendum
de omni matrimonio. Est enim quoddam
matrimonium initiatum ut cum sunt in
fide ambo katholica primo et secundum
est solubile. In primo enim casu scilicet post
contractum per verba de presenti ante carnalem
copulam licet potest vir vel mulier intrare
religionem altero invito et solutum est
matrimonium et persona que relinquitur
in seculo potest ducere sicut dicunt cano
nes. Secus si non potest nisi infra sex
menses et prorogatur non habet incurrit licet.
Aliter matrimonium per carnalem copu
lam consummatum in dispari cultu dissolvi
potest quia adhuc non est ratum
cum si iudeus vel iudea ad fidem
conversus velit et altera pars noluit secundum
canones quod contumelia creatoris vin
culum solvit matrimonium circa illum
qui relinquitur cum infide vel in
fidelitate sua remanens non fidelem
sequi volens adhuc matrimonio
obligatur et si alii adheserit adul
terium committit. Fidelis autem pertus
a vinculo matrimonii est solutus et
aliam ducere potest sponsam scilicet fidelem.
Si tamen infidelis cohabitare velit cum fi
deli patiens sine creatoris contume
lia cohabitatur non solum dicunt solutum
est matrimonium, quia sicut dicit
apostolus potest vir infidelis per mulierem
salvari fidelem. Cum bonum est eos
multi tamen cohabitare. Quidam tamen di
cunt quod conversus ad fidem nolit recipere
infideles cohabitare volentes peccat
mortaliter quod credimus esse verum nisi
timeat illam spem contendi. Alii
autem dicunt sicut etiam vult videlicet glo
super primam epistolam ad Corinthios quod conversus
ad fidem licite potest dimittere inconversum
quam volentes sine cohabitare velit
sive non. Non tamen ea vivente sicut di
citur vult patent nec vir sicut vult
aliam potest ducere uxorem. Et dicit
dictum super epistolam ad Corinthios intelligendum
est de illis de quibus non est spes
aliqua conversionis. Si enim initiatum
sunt matrimonium et consummatum et
ratum non potest separari eis viventibus
quantum ad substantiam. Sed cohabitacionem
scilicet causa fornicationis vel ex pari

consensu. Si enim mulier fornicaria fuit
sic potest eam vir relinquere quantum ad
thorum si adulterium fuit manifestum
ita quod probari possit et quantum ad omnia
contraria. Sed ea vivente aliam non potest
ducere sed eandem si voluit sibi recon-
ciliari. Idem est iudicium de viro
mulieris. Peccant autem archidiaconi
qui cogunt viros querere uxores
cum adulteris fugientes non enim possunt
cogi nisi forte velint cum aliis
fornicari. Similiter si ex pari consen-
su religionem intrare voluerint
solvitur matrimonium quantum ad cohabitacionem
si neuter sine altero religionem
intrabit quia sicut dicit canon
non potest altera persona manere in seculo
et altera in claustro. Tamen sicut dicit
canon si altera persona ita sit
confecta senio quod nulla possit haberi
in ea fornicacionis suspicio bene
potest manere in seculo et altera persona
in claustro. Remanebit tamen in seculo
continenciam debet vovere. Si autem in-
vita muliere vir religionem intra-
verit ipsum ex toto potest et tonsu-
ratum et cucullatum. Si in quibus
autem ordinatus se faceret in presbiterum
vel episcopum sine consensu uxoris sue
pro causa execucione sui ordinis co-
getur redire ad amplexus mulieris
quod autem si contractus ex claustro
fuit ad cohabitandum cum uxore
super viveret redire debet ad claustrum.
Licet autem sponsus solveretur duplex
tamen est casus in quo neuter alte-
rum alterum relinquere potest causa forni-
cacionis. Primus si alter fornicetur post
destitutionem alterius. Secundus si vir nollet red-
dere debitum uxori. Similiter si utrique
fornicatur ut illo alium relinquere potest
crimina cum criminibus compensantur.

~~De ordine prolis et de explicit~~
~~bono coniugii~~ 67

Ut autem ad propositum redeamus sci-
endum quod ex duplici consensu

esse non possit quia nesciunt quid
faciunt nullum est inter eos matrimonium.
Sustinet tamen quandoque ecclesia committi
illum propter confederationem nobilium
vel propter bonum pacis vel aliam ecclesie
utilitatem. Cum autem ad annos dis-
crecionis pervenerint se relinquere
poterunt vel tunc consentire ad in-
vicem si voluerint. Si tamen altera
persona in annis fuit discrecionis
et etatis altera minor ex quo maior
donec minor ad annos veniet
discrecionis expectet et tunc minor
si velit contradicere potest. Sed si
tunc minor consentire velit maiori
nec fuit potest nec prius potuit
recedere quia semper ligatus fuit.
Item dicit canon quod triplex est
bonum coniugii scilicet fides proles et
sacramentum. Fides ut neuter alium
faciat iniuriam de suo corpore.
Sed non vetula contrahat cum vetula
non est hoc bonum scilicet coniugium sed
plus ibi. Cum sciendum quod matrimonium
fuit primo ad utilitates constitutum
quod non procreat duos alium modum
multiplicando filios adopcionis.
Nunc autem matrimonium est concessum
ad remedium sicut ait apostolus
melius est nubere quam uri et unum-
quemque habeat suam propter for-
nicationem. Dicitur tamen esse plus in
illum sit impedimentum qui sextum
si possit. Sed mirum est quod sac-
ramentum dicitur esse bonum coniugii cum
ipsum coniugium sit sacramentum. Dicendum
non quod id sit bonum sui ipsius sed
adhuc dicendum est quod in duplex est sac-
ramentum quia ipsum manifestum est
sacramentum coniunctionis et ecclesie. In-
separabilitas autem matrimonii aliud
est sacramentum significat enim consepa-
rabilitatem Christi et ecclesie.

De impedimentis matrimonii 66

Sunt autem impedimenta matrimonii
Ordo habitus dispar cultus

error p^c error conditionis . ligatio
cognat^o spiritualis ut dictum est /
quedam autem istorum matrimonium impe-
diunt contrahendum et dirimunt
contractum / ut votum simplex / quedam
cognat^o spiritualis de qua dicetur infra
Est autem quoddam votum necessari-
us ut votum baptismi quoddam votum contine-
ntie scilicet voluntatis et abstinentie / et
hec votum sic describitur Votum
est promissio melioris boni cum de-
liberatione animi voce vel opere
confirmata Dicta enim esse debent in
voto ut in eius conceptu / cordis deli-
beratio vocis promissio / promissio
melioris boni dico quia non debent
mala voveri et si voventur non
debent impleri Unde canon
In malis votis muta decretum io
non dicitur promissio in bono quia
bona que sunt in precepto vel in pro-
hibitorum non solent voveri quia
quilibet illa tenetur adimplere
Sed illa que sunt de consilio ut conti-
nentia continentie religionem ut tre-
solent voveri / Ad consilia enim ad
implenda non tenetur aliquis nisi
voluntarie ad hoc se astrinxerit / cum
deliberatione animi dico quia
si quis clamante vel obreptionem
vovit ad non est votum Io at
dico ore vel opere confirmata quia
a quibus licet nichil dicat per assump-
tionem susceptorum ordinum vel habitus
votum suum confirmare potest sicut mini-
mus per aliqua indicia consensum suum
in matrimonio confirmare potest De im-
pedimento voti . ca .
Voti autem aliud est simplex
aliud est solempne / Solempne
non est quando in facie sit ecclesie cum
aliqua solempnitate ut cum aliquis
ordinem suscipit vel habitum religio-
nis vel cum aliquis facit promissionem
suam in manus episcopi vel sacerdotis
vel super altare et tale votum semper
impedit matrimonium contrahendum et di-
rimit contractum / Si de continentia fuit
Si non de perseveratione fuit vel de ie-
iunio vel de aliquo simili aliud est
impedimentum matrimonii De voto autem sim-
plici / dissensio est inter doctores
quia votum simplex est secundum quosdam
quod quis facit per se sine omni solemp-
nitate et tale impedit matrimonium
contrahendum sed non dirimit contractum
Alii dicunt quod qui sic vovent
eque se obligant quantum ad deum
ac si magnam adhibent solemp-
nitatem et post tale votum nullum
est matrimonium quantum ad deum / sed quia
probari non potest tale votum ecclesia
reputat esse matrimonium et cogit
observari Dicunt enim quod votum simplex
est illud quod fit per verba de futuro
ut cum dicat quis vovero quod intra-
bo religionem vel continebo post
hec tempus Si autem sic vovens
contra tale tempus contrahit matrimonium
quod fortius est vinculum matrimonii
et non votum / Alii est vero qui vovet
de futuro promittit quod dabit deo
continentiam suam et non deo dat Sed
qui vovet per verba de presenti statim
quod vovet deo dat et facilius re-
vocatur promissum quam datum
verbi gratia promitto tibi equum et do
eundem postea alii / licet tibi faciam
iniuriam habebit tamen equum cui datus
est Similiter si promitto deo contine-
ntiam meam in aliquo futuro / et
interim de potestate corporis mei mulieri
ipsa habebit quod ego ei dedi / non
vult enim deus ei facere iniuriam
tamen peccatum mortale matrimonium contrahendo
quia non solvi quod deo promisi / Sed
ergo quod consensus meus fuit in matrimonium
mortale peccavi / Sed tamen consilio ordinis est
quoddam bonum scilicet matrimonium quod semper
est bonum quod est unum Si tamen moriatur
mulier relinquitur prius votum

et persolvere debet nec debent mirari postea sicut
nec prius potuit matrimonium contrahere.
Si tamen contraxerit tenet matrimonium sed grauis
est ei iniungenda penitentia. Notandum
autem est quod mulier que in potestate est
viri non potest facere aliquod votum de absti
nencia sine viri consensu nec etiam
sacerdos debet ei iniungere ieiunium spe
ciale preter communia anni ieiunia et
si vel per sacerdotem vel per votum mulieris
sibi fuit votum tamen si vir consentire non
vult irritabit. Tenetur enim
mulier maritalem statum conservare corpus
suum et ut sit habilis viro ad redden
dum debitum. Taliter si puer fecit
votum potest pater et mater irri
tare si infra annos discretionis
et pubertatis fuit factum. Sunt autem anni
pubertatis in viro quatuordecim
et in femina duodecim. ¶ ~~Quando intrat~~
~~religionem ad experientiam~~. 68.

Queritur autem de illis qui intrant
religionem ad experienciam
ut expleto anno si exierint matrimonium
contrahere possint. Et dicit canon quod
talis qui exit post annum non potest ma
nere in seculo sed debet cogi ut intrato
rem ordinem intret ex quo illum
quem elegerat sustinere non potest cum
non habitum et tonsuram assumpsit in
telligatur votum fecisse singulariter vel
ad illam aut ad aliam religionem.
Alia decretalis dicit quod si inexperiens
fuit aliquis si vult potest exire et
ad seculum redire et matrimonium contrahere
et filios generare. Sed et aut ita sol
uitur contrarietas si tamen talis qui in
gressus est religionem tacuit vel ore
expressit quod votum fecit decreto ad
seculum redire non potest sed admonitores
compelli debet ordinem. Si autem volun
tatem suam expresserit et sibi iuris
libertatem retinuit dicens. Protestor quod nullo
modo votum facio sed per unum annum vitam
ordinis experiri volo qui si vel non

placuerit ad seculum redibo tamen postea
si manere noluerint matrimonium contrahere potest
et in seculo permanere. Notandum est
quod si aliquis vel aliqua in furore
egritudinis votum fecit et habitum assump
sit cessante illo furore habitum reii
cere et etiam si irretitus fuit castita
tis separare potest. Dicit enim
canon quod votum illud non fuit dis
cretum nec ex certa deliberatione ani
mi proprie sed constitit quod aliena
locutus fuit et perturbatam mentem
in illa egritudine habuit. Tamen tale vo
tum non impedit matrimonium. Item si
postea ad confessionem venit examinat
sacerdos in quo statu mentis fuerit
cum vouit et habitum assumpsit. Fuit
ipse enim seipsum decipere potest. Item
cum si sanam mentem habuit tunc quod
si habuit animam suam nisi votum obs
eruauerit dampnificabit. Licet enim
ecclesia cum debito non constat ipsum ad
observationem voti non compellat. Item
est quod apostata qui religionis habitum
religionis et egreditur ita odiosa
est persona quod etiam pater et mater non potest
eum recipere in hospicio suo vel mensa.
Ymmo dicit canon quod excommunicati
sunt si receperint fugitiuum. Item
non receperint filium ~~religionis vel~~ non
religiosum aliquo modo excecatum
sustinent. Talem enim non tenetur
pater et mater vitare. ¶ ~~De consan~~
~~guinitate et de lineis consanguinitatis~~. 69.

Sequitur de consanguinitate. Consan
guinitas autem est vinculum
diversarum personarum carnali propaga
tione contractum ab eodem stipite
descendencium sub ratione omnes des
cendunt ab uno stipite sed addas
intellige supplendum ita quod non
excedat quartum gradum. Nunc ad
ceterum linea est ordinata collec
tio personarum consanguinitate coniunctarum
diversos gradus inter continens et

et eos 2m mu ab unitate distinguens
et est prima linea descendentium
in qua sunt pater avus atavus. Secunda
descendentium in qua sunt filii et filie
qui a superioribus sunt nati. Tertia linea e
ex transverso posita et est duplex
una enim oritur a nobis et protendit
se ad fratres nostros et successores
eorum alta a superioribus nostris et alter
et inferiores eorum protenditur et eorum
successores. Ab inferioribus secundo est
linea. Gradus qui ab inferioribus
nascuntur a nobis descendunt
et gradu canonum duo persone consti
tuerunt quia talis gradus dis
tinguitur ad hoc ut sciatur inter
quas personas possint contrahere
quod esse non potest nisi inter duas per
sonas. Gradus legalis unica fa
cit persona que distinguitur ad hoc
ut sciatur quae persona cui possit suc
cedere in hereditate succedit quia ad
una cum. Gradus canonicus est conpe
tens habitudo consanguinitatis personarum
equaliter per eandem lineam ab eodem
stipite descendentium. Gradus
legalis est competens habitudo dis
tantie personarum consanguinitate coniunctarum
qua quota generationis persone
inter se distent cognoscitur. Contra
usque prohibeantur nuptie in linea
ascendente etc.

In linea ascendente prohibetur
matrimonium usque ad infinitum. In
linea ex transverso usque ad septimum
gradum secundum antiquos secundum modernos ultra
quartum gradum minorem est prohibitum
aliquibus personis. Item in linea
descendente usque ad infinitum
nuptie sunt prohibite. Semper enim
idem est sanguis qui descendit
ab eodem stipite durante naturales
successiones cum si hodie adam
viveret nulla persona posset matrimonium

contrahere omnes enim sanguinis eius sumus
qui per directam ab eo descenderunt
successionem sed quia semper magis
et magis variatur sanguis per plures
ideo qui sunt in lineis non venerunt
ad instantiam in canone constituta
bene possunt inter se contrahere. Item si duo
fratres ab eodem descendunt sti
pite illi autem qui a duobus des
cendunt fratribus sunt idem sanguinis
in stipite sed non ex toto idem inter se
variatus non est sanguis duorum
fratrum. De gradibus canonum etc.

Gradus autem canonici sunt
sic distinguendi. Stipes ullum
facit gradum sed persone que primo ab eodem
stipite descendunt primum faciunt
gradum et sunt sibi in primo gradu
ut duo fratres vel due sorores vel
frater et soror. Primi faciunt gradum
et sibi attinent in primo gradu. Persone
autem que descendunt ab illis
duabus sunt in secundo gradu et sic de ter
tio et descendentes ab illis ter
tiis sunt in quarto gradu. Qui autem ul
terius ab illis descendunt in nullo
sunt gradu consanguinitatis ad invicem
et ideo bene possunt inter se contrahere matrimonium.
Et vulgaris regula est quotiens inter
aliquas consanguinitates queritur personas
semper currendum est ad stipitem
unum ille primo descendunt et stipes
sicut pater et mater ponendus est in medio
palme et personas primo procedentes
ab illo stipite sicut vel duo fratres vel
due sorores vel frater et soror ponendi
sunt in duabus iuncturis primis duorum
digitorum quorum unus dicitur index
et alter medius. Deinde ponende
sunt per ordinem ille persone que
descendunt ab illo fratre in sequentibus
iuncturis unius digiti usque ad summi
tatem eius postea ille persone que
descendunt ex altero fratre ponende

sunt in ordine in scapthibus iuncturis
altius digiti usque ad summitatem
eius Ille ergo due persone que sunt
in duabus iuncturis primis duo
fratres sunt in primo gradu Ille vero
que in duabus scapthibus ponuntur
iuncturis in secundo sunt gradu / Ille autem
que in tribus iuncturis duorum digitorum
predictorum ponuntur sunt in tercio gradu
id est autem que ponuntur in summitate
illorum digitorum sunt in quarto gradu / ie
nos qui ulterius ab eis descendunt
non sunt in aliquo gradu et ideo licite possunt
coniungi Si autem inequaliter distant
a stipite ille due persone de quorum
coniunctione queritur consanguinitate intendimus
est hec rone considerandum est quo
to gradu distat a stipite illa persona
que magis distat et eodem gradu sunt
ille persone de quibus queritur verbi
gratia Si una persona in quarto gradu
ex parte unius fratris et altera in secundo
gradu ex parte alterius fratris illa que
persona que est ex una parte in secundo gradu
sibi ad invicem in quarto gradu et ea
ne sunt vitande inter se ac si amne
bo essent in quarto et primo hanc regulam
illa persona que est ex una parte
fratris unius in secundo gradu et altera
persona que est ex parte eiusdem fratris
est in tercio gradu equaliter attinet illi
persone que est ex parte alterius fratris
in quarto gradu / ex parte unius fratris extra
vitare debent omnes personas
ab illo fratre descendentes usque
ad quartum gradum quia illa persona
que ab uno fratre descendit usque ad
quartum gradum coniungi potest cum aliqua persona
que ab altero fratre usque quartum gra
dum descendit De affinitate ca.

Sequitur de affinitate / Affini
tas autem est vinculum ex
personarum commixtione proveniens omni
carens parentela / nuptias autem

sit coniunctio omnis commixtionis carnalis
sive fornicaria sive legitima / Ex que
ci contrahitur affinitas ex fornicatione
sicut per legitimum matrimonium Non enim
contrahe possum matrimonium cum fratris mei
fornicaria quam cum eius uxore si mor
tuus fuerit / Dicitur autem affinitas
quasi adfinitas quia affinis unius
cognacionis per copulam carnis
sicut homo affinis unius provincie
se petivit ad fines alterius De
primo genere affinitatis ca.

Sunt autem tria affinitatis genera
que primi hanc formantur regulam
persona que addita per carnis copu
lam genus mutat et non gradum
verbi gratia ego vel secundo fratrem additur
ei uxor per carnalem copulam
illa persona addita mutat genus
quia non est consanguinea mea sed affi
nis / gradum autem non mutat quia
sicut frater meus est michi in primo con
sanguinitatis gradu ita uxor eius
est michi in primo affinitatis gradu
Et notandum quod in primo genere affinitatis
mutatur genus sicut in consanguinitate
quia consanguinitas et affinitas
quantum ad gradus paribus ambulant
passibus Sicut enim abstineo a contractu
cum consanguineis meis usque ad quartum
gradum ita et ab uxoribus eorum usque
ad eundem gradum usque inclusive
intellige / Notandum est ex quo quando
persona extranea additur persone
michi consanguinee per carnis copu
lam affinitas attenditur inter
me et illam et inter totam consanguinitatem
meam et eandem extraneam personam
in consanguinea usque ad quartum gradum
contrahere potest cum uxore fratris mei
vel alicuius mei consanguinei usque
ad primum gradum Consanguinitas
autem ex parte persone addite nullam
facit affinitatem verbi gratia Uxor
fratris mei incertas habeat consanguineos

vel consanguineas vel illi vel ille valeant
mihi sunt affines mei vel consang-
uinei mei. Unde ego et frater meus bene
possumus duas accipere sorores vel
amitam et filiam. ¶ De secundo genere
affinitatis. Rubrica.

Secundum genus affinitatis per eandem
formatur. Veniens persona
per addita per carnis copulam mutat
genus et non gradum. Ubi gratia sicut
patet per predicta uxor fratris mei est
mihi in primo genere affinitatis. Mortuo autem
fratre meo et illa alium accipiat vi-
rum, mutat genus quia ille vir e-
ius mihi in secundo genere affinitatis et in primo
gradu illius generis. Unde non potest contrahere
cum aliqua consanguinea mea usque
gradu ad quartum secundum canones antiquos.

¶ De tercio genere affinitatis. Rubrica.

Tercium genus affinitatis est
similiter per eandem formatur.
Persona [illegible] hoc modo mediatur aliam
personam. Sicut vir cuius
fuit uxor fratris mei et post virum
aliam ducat in uxorem, hec uxor
addita mutat genus et non gradum
dum illa non sit addita attinet
mihi in tercio genere affinitatis et
in primo gradu tercii generis. Unde secundum an-
tiquos canones non possum eam
ducere in uxorem neque consanguineas
meas in secundo gradu. ¶ Contra vero affinita-
tis genus prohibitum fuit usque
ad secundum gradum. Rubrica.

¶ Ex modum tercii primi generis affinitatis attendit.

Sciendum tamen quod ecclesia hodie secundum
[illegible] attendit nisi tantum primum
genus affinitatis. Unde ille qui
duxit uxorem fratris mei defuncti
non sit in secundo genere affinitatis mihi
sit affinis et in primo gradu illius
generis non prohibetur hodie filiam
meam vel consanguineam in uxorem
ducere. ¶ Item aliud.

Item sciendum est quod tercia persona per
addita per carnis copulam secun-

propagationem mutat gradum et non genus.
Verbi gratia, uxor fratris mei est mihi
in primo genere affinitatis et in primo
gradu sicut predictum est. Addatur
ei filius per carnis propagationem,
ille filius et uxor fratris mei sunt
in secundo affinitatis gradu primi generis.
Et addatur filio meo filius, ille erit
ei in tercio gradu affinitatis primi generis,
et ita deinceps. ¶ De cognatione. Rubrica.

Post hec dicendum est de cogna-
tione. Cognatio autem est spiritua-
lis diversarum personarum coniunctio ex
officio regenerationis vel confirmationis
vel confessionis contracta. Et est tri-
plex cognatio. Prima est ex
officio suscipientium aliquem de sacro
fonte et baptismate. Secunda ex
officio tenentium aliquem ad epi-
scopum confirmatorem. Tercia ex officio sacer-
dotis in confessione penitentias dantis in-
iungentis. Unde prima autem cognatione
aliquis sacerdos est compater parvuli sicut
alii quos ipsum de sacro fonte suscipientes
unde sicut postea habebitur non nimis
peccat sacerdos suam cognoscendo
filiam baptismalem quam si cog-
nostat sive corrumpat propriam filiam
carnalem. Constat autem quod tunc aliqua
persona de sacro fonte suscipitur
spiritualis cognatio inter personam
suscipientem et susceptam et parentes
et matrem persone suscepte contrahitur
et est mediam inter omnes illas
personas prohibitum. Contrahitur autem
de filiis compatrum et commatrum
inter se ut fiat contrahere matrimonium. Verbi 2 ar
gratia, ego suscepi filiam alterius
de sacro fonte et sic effectus sum
spiritualis pater illius filie. Unde ipsa
est quasi soror filii mei carnalis
et quantum ad hoc efficitur soror
omnium filiorum meorum sive ante cog-
nationem sive post ante generatorum.
Similiter contrahitur inter omnes fratres

et sorores illius persone quam suscepi
de sacro fonte omnibus filiis sint
prohibite et antiqui dederunt talem
regulam filii ante compaternitatem vel
post compaternitatem geniti non inter se
coniugantur. Alii dixerunt quod tantum illi
filii qui sunt post compaternitatem geniti
prohibentur coniungi quia si ego ali-
cuius filiam suscepi de sacro fonte
filii mei primogeniti et filii compatris mei
vel commatris mee ante genitam illam
spiritualem sunt inter se compaternitatem vel
cognationem sed tantum illi qui post compa-
ternitatem sunt geniti. Ceteri dixerunt
sicut et ego dico quod nulla est compa-
ternitas inter filios ante compaternitatem
vel post genitos et tantum cum illa persona
que de sacro fonte est suscepta.
Cum illius filii ... quotiens geniti
possunt contrahere matrimonium cum illa persona
quam suscepi de sacro fonte sed quilibet
filius meus vel filia potest contrahere
cum omnibus fratribus filiole mee et
sororibus. ¶ ~~De quadam regula compater-
nitatis. Rubrica.~~

Est preterea magna ambigui-
tas in canonibus de cognatione
sed cum quod nullus potest duas commatres
ducere in uxores ad quod datur
talis regula: Tu, fuge, que, me, mea,
tuus, me, levat, mea, natum, sit mea
uxor. Et est sensus illius versus
Tu commater que suscepit filium meum
vel filiam meam ipsa est commater
mea et eam non possum ducere in
uxorem. Cum dicitur in versu Tu fuge
me que suscepisti filium meum de
sacro fonte. Nam uxor mea a
me cognita suscepit filium alterius
mulieris de sacro fonte. Cum non
possum matrimonium contrahere cum illa mea
uxore mortua. Et ideo dicitur in versu
Tu fuge me tuus natum levat
mea uxor quotiens alio modo dicitur.

compaternitas nulla est prohibitio. Cum si
uxor mea de alio viro filium ha-
buit mulier que illum filium levavit
non est commater mea licet commater sit
uxoris mee. Et ita est ratio quia
uxor tuus mea solam amicitiam suam
communicat actionem sed non suam amici-
communicat passionem ... cum uxor mea
alicuius levat filiam intelligor
ego facere quod ipsa facit passionem
autem suam non michi communicat. Cum
tamen filius eius de alio viro genitus
de sacro fonte suscipitur a michi
vel pater vel alius unde compa-
ternitatem contraho. Solet autem queri utrum
aliqua contrahatur compaternitas inter
me et illam que tenet filium meum
cum sit cathecuminus et predicto levat
ipsum de sacro fonte. Videtur quod
quod plures qui suscipitur non est
filius vel filia ecclesie ~~...~~ nisi
antequam baptizetur in sacro fonte
et ideo pro illud quod tenetur pro illo
ad cathezizandum nulla contrahitur
compaternitas. Non enim contrahitur compater-
nitas nisi inter filios ecclesie. Cum
autem aliqua persona tenetur ad confirma-
tionem episcopi non contrahitur compaternitas
spiritualis nisi inter illum qui tenet
et personam que tenetur et patrem et
matrem illius qui tenetur. Cum si
teneo aliquam ad confirmationem ipsa efficitur
filia mea spiritualis et ideo non possum
eam ducere in uxorem similiter nec
eius matrem quia commater mea est.
[illegible]
Cum autem aliqua efficitur spiritualis
filia in foro penitentiali non est prohibi-
tum nisi tantum sacerdoti qui iniunxit
ei penitentiam vel aliqua est spiritualis cog-
natio nisi inter sacerdotem et suam
filiam penitentialem. Cum filius sacerdotis
bene cum eadem possit matrimonium contrahere
sed non cum filia baptismali sicud pre-
dictum est. ¶ ~~De eo qui ...~~

suscipit vel consanguineam corrumpit. Ag.
Patet ex predictis quod spiritualis
cognatitas superveniens matrimonium non
impedit contrahendum. Sed si sciens
inicium quantum ad thoro separari
coniugalem. Constat enim quod matrimonium post
contractum dirimi non potest. Legitur
autem in canonibus quod ille qui suscipit
de sacro fonte filium vel ab uxore
sua separetur sicut dicit canon quod de
his qui filios suos patrocinant non debet
nunc [illegible] hoc a thoro uxoris sue separari
debet sed magna est ei pena iniungenda.
Sit in medici debet ei ne debitum
ab uxore sua exigat sed tamen reddat
quia ad veritate uxor innocens qui
ter sua effecta est. Addit etiam
canon quod si aliquis vel aliqua per
ignorantiam vel negligenciam propriam de
sacro fonte suscipit prolem vel teneret
ut ad confirmationem debet ei iniungi pe
nitencia. Sed nunc [illegible] hoc vir et uxor
debent a thoro separari. Sed maior
difficultas est in carnali consanguinitate
vel affinitate ut cum aliquis post
matrimonium corrumpit matrem vel filiam
uxoris sue vel [illegible] sed [illegible] hoc a thoro
uxoris sue debeat separari. Et dicit
decretalis una quod si crimen fuit ma
nifestum debet fieri separatio thori.
Si non occultum non debet fieri separatio
sed iniungendum est corruptori quod
debitum nunquam exigat sed reddat.
Sed debent scire sacerdotes quid
sit debitum exigere. Debitum enim exactio
nis violenciam importat. Unde ex
actores vel exanctores dicuntur qui
per violenciam pene vel timoris ad
extorquendum. Si igitur ille qui
non ~~[illegible]~~ blandiciis et promissis
uxorem suam sollicitat ut inducat
eam ad concubitum ei consentiat non
dicitur exigere nec facit contra penitentiam ei
iniunctam. Cum agitur tales ad confessorem
venerint diligenter sacerdotes debent

Exigere debitum

inquirere utrum aliquam uxoribus suis
fecerint violenciam ad extorquendum
debitum coniugale quod si fecerint convenientem
eis iniungant penitentiam. Si autem per blan
dicias ad uxores suas allexit
potius videtur debitum reddidisse
quam exigisse. ¶ ~~Quomodo distinctio
de eo qui consanguineam corrumpit~~. go.

¶ Alia decretalis ita distinguit
aut refert utrum crimen sit notorium
vel occultum [illegible] offendatur ecclesia vel
non. Si non cum vehementer offenderetur
ecclesia veluti si corrumpit matrem
~~vel uxorem~~ sororem vel filiam uxoris
sue non potest exigere debitum sed continebit
incestum sive crimen eius sit manifestum
sive occultum et in hoc tamen uxor eius
sine nichil delinquit [illegible] vel
gravi punietur quia incestum con
tinebit sive velit sive nolit. Sed
certo quod occultum sit crimen, verum
est ei quod non reddat debitum. Uxor
eius petat debitum, ipsa nolit reddere,
consequenter uxor eius cuius rei
veritatem ignorat. Et alius iussit reddat
debitum exigat, quid iste faciat vel
sustinebit excommunicationem vel reddat debitum.
Si reddit tamen penam suam facit
et ita transgreditur [illegible] peccat.
Ex altera parte durum est esse excommunicatum.
Et dicunt quidam quod auctoritas ecclesie
precipiens ut reddat et eius obediencia
cum transgressione crimen excusat.
Aliis videtur melius, sed quod error
ecclesie non debet in mutare ~~[illegible]~~ manda
tum dei. ~~[illegible]~~ mandatum ante sacerdotis
ut reddat precipiens mandatum dei
est et preceptum canonicum, et ita licet
ecclesia ignorans veritatem precipiat
per errorem contrarium non debet obedire
crimine decepte sed tenetur ecclesia ei
obedire et eam patienter sustinere.
Quemadmodum eum ligat sacerdos iniuria
est ligatum et [illegible] a deus in
celis illa approbabit vel approbat

&

illaz ligationez quantum ad hoc ut ligatus obediat non tamen est iste ligatus maleficus i. non est extrinsecus a consortio dei maleficus tamen potest ei remedium dari in filios scilicet quod non mittet quod stabit in mandato ecclesie et ita absolutum et statim impregnationem vadat ut ad uxorem redeat. Si autem pugna vi non potest vel non vult qualitercumque est consilium quod ad episcopum accedat et totam ei veritatem confitendo aperiat et postea mittet quod stabit in mandato ecclesie in omnibus que non sunt contra deum sive salutem et sic absolutus quanto potest tempore citius commonem accipiat. Si autem etiam excogitatum remedium pasta scilicet non mittet si potest. ¶ ~~Quod aliquando quandoque peccat una persona alia non peccante. 81.~~

sias excitatus petit absolui ut eum facere velit Sacerdos absolucionem ei negat d. quia satisfacere noluit Sed potest dicere sacerdos quod eum noluit absoluere / sed non quod ille noluit penitere quia in primam eius quam audiuit in confessione nullo modo potuit reuelare / quid ergo sacerdos qui videt scandalum subditorum suorum faciet ad eorum quod bene potest dicere noluit te absoluere et bene cum sacramento tamen quare Sed credo quod ego fecerim tibi dimi... veniamus ad episcopum et reddebo tibi Si autem venit quia ... lata est causa a foro penali ad forum iudiciale compelletur excitatus ut publice dicat utrum voluit penitere et satisfacere an non et ita sacerdos liberabitur ab infamia et scandalo ¶ De sigillo confessionis 128

Est eciam sciendum sacerdotibus quod sigillum confessionis debet esse vel de secretum ut nichil sacerdos possit reuelare de hiis que audiuit in confessione ubi eum ut deus non ut homo sedet et ea de hiis que audiuit nichil scit ut homo unde penitenti non potest improperare peccatum suum sed sicut dicitur in canone delatori lingua capulcetur delator ibi dicitur qui reuelat secretum confessionis cui lingua debet capulari i. abscidi non corporaliter sed spiritualiter ut suspendatur ab officio et nichil habeat vocem legitimi hominis nec in testimonio nec in iudicio nec lege possit nec cantare in ecclesia / sed esto quod quis confiteatur quod aliquem occidet vel domum eius comburet quia forte precium suum ille occidit vel eum exheredauit / quid ergo faciet sacerdos debet ne sustinere quod ille occidatur vel domus eius comburatur

Ad hoc beatus Augustinus hic dat consilium in canone scilicet quod sacerdos hoc dicat illi qui velit et possit prodesse et non obesse ut si ille malefactor precium habeat vel cognatum propinquum vel aliquem familiarissimum dicat ei sacerdos filius tuus vel aliquis tuus proponit tale malum facere castiga ergo ipsum et corripe ne tam facinus presumat committere / aliter n. particeps est eius et reus homicidii Si autem ille nec precium nec matrem nec aliquem habeat alicui cui sacerdos hoc secure possit reuelare assumat sacerdotes vel alios bonos viros secum de quibus scit certus quod illum non prodant ad mortem et hiis presentibus ... sacerdos moneat ut a proposito tamen pravo desistat / et alii ei dicant quod non sustinebunt quod a tanto scelere procedat Et forte non est malum si in talis sacerdos ad illum cui facta est iniuria non accedat et sibi dicat Sic quod offendisti precium eius occidendo vel ipsum exheredando consulo tibi quod facies pacem cum illo et ego aut nos erimus mediatores / aliter magnum malum parat contingere Et si sciet sacerdos per confessionem aliquem esse furem et quod sepe suum vel forte ... dapiferum domini / vel si sciret eum esse adulterum vel corruptorem matronarum et virginum vel forte velit famulus esse in domo alicuius viri et multa bona et pulchras uxores et formosas filias has habent bene potest dicere sacerdos credo quod famulus hic non est tibi utilis in domo tua et ideo non recipias eum in domo tua vel seruicio tuo hoc autem non est confessionem alicuius reuelare / sed est innocentem de dampno et detractore suo premunire / ¶ Quod nullus sine

disciplina absolui debeat queritur.

Et aut ad priora pertinent sciendum est quod sicut nullus excommunicatus sine iuramento debet absolui ita nec sine disciplina. Sed illa verbera non debent extendi usque ad flagellorum quantitatem. Aliud enim est verberare et aliud disciplinare sicut verberantur discipuli, et aliud flagellare quod non sit sine sanguinis effusione. Mag. n. deus diligit humiliter penitentem quam divitias vestras. Si vero nobilis persona fuit excommunicata et voluit absolui non debet penitus usque ad camisiam vel ad aliam vestem tenuem denudari ita sed ut per illam vestem verbera possit sentiri. Si vero quis excommunicatus fuit publice absoluendus est in hostio ecclesie coram omnibus in alba veste. Si vero occulte in privato potest eum sacerdos absolvere. Unde ait quidam canon quod si episcopus aliquem excommunicavit et postea extra sinodum in mensa recepit eo ipso intelligitur eum absolvisse ut dictum est. Potest ipsum vitare aliquantum sed tamen tenuis excitat episcopus. Licet causa per illum absolutorum absolutus mitigatur quo ad absolutionem quoniam non aliorum tamen postea debet recipi disciplinam et iuramentum. Et si obedire noluit in eandem incidetur sententiam in qua prius fuit. Item magna solet esse dubitatio de hiis qui moriuntur subito sine confessione et excommunicati sunt et tamen aliqua signa contritionis preme habuerunt. Sed utrum debeant in cimiterio sepeliri. Aliter est valde dubitandum de privilegiis hospitalariorum que sibi non defunctos in cimiterio sepeliunt nisi nominatim fuerint excommunicati et excogitati. De quibus postea dicendum est. Contigit n. quondam quod abs-

sque confessione moritur et quomodo et fuit non solum ipsum quibus sacerdos in cimiterio sepelliri. Sed si vero in cimiterio non debet cuius sepulturam fratres hospitales quia annatam aliquid solvunt illius hospitali per privilegium suum in huiusmodi cimiterio nisi nominatim fuit interdictus ipsum sepeliunt. Illud autem ex sacerdotum circa contingit. Dicitur n. canonicum contingit n. quondam unum quemcumque licet et defunctorum cum quibus absolutio moriatur si prius ad ecclesiam admittebatur ut excommunicatus nominatim fuit per et debet cum sacerdos cum debita solempnitate in cimiterio sepelire. Quandoque tamen regione quadam fuit consuetudo quod cum aliquis moriebatur aliquo eius iudicio aque frigide probaverunt quod penitens fuit in morte et ita in cimiterio sepultus fuit. Talia autem iudicia sed aque frigide et ferri candentis modo prohibentur quia etiam generaliter prohibentur quia nichil aliud sibi in eius iudicium nisi aliud est temptare deum. Accidit autem quod eo tempore quo fuit torneatores excommunicati quendam miles in torneamento occisus extra cimiterium est sepultus. Aliquam autem eius ad dominum papam venerunt et quod manus dextera mortui super illum eius ad faciendam autem inventa fuit probaverunt et per hoc probato fuit quod in morte penituit. Summus quoque pontifex illum in cimiterio precepit sepeliri quia fuit absolutis excogitatis nominatim moriatur dummodo quod in morte fuit penitens possit probari. Absolutum est quod in cimiterio debet sepeliri. Sed nonnumquam quod tamen aliqua fuit villa excommunicata vel interdicta. Contigit quondam villam illam cum habitatoribus suis nominata satis fuit quod parochiani excommunicatione

novati et quia non recipiebantur de vita ad communionem non debebant in morte recipi ad sepulturam. Sed si sententia fuit lata contra generaliter excommunicans omnes illos qui hoc maleficium fecerit, quia sine magna probatione non potest sciri quis hoc fecerit, et quia non vitamus aliquem a communione licet forte reus sit illius criminis ex quo nescitur quis fecerit, nullus tamen novatus exigitur est. Item utrum ad vana recurrendum sit sepultura. Ex hoc igitur patet quod quantum ad sepulturam petunt nunc hospitalarii per privilegium suum quod non negat simplex sacerdos in ecclesia sua. Ad hoc tamen eis valet quod si ab locis fuit novatum interdictus ubi solent colligere elemosinas ad illum locum possunt venire et hostium ecclesie aperire et missam celebrare et suas elemosinas colligere exclusis tamen novatis excommunicatis et interdictis. Hoc autem facere non possunt nisi semel in anno illo scilicet die qui constitutus est eis. Item videndum quod in aliquibus regionibus consuetudo est quod si in debito aliquo defunctus est, potest ille cui tenetur inhibere mortui sepulturam donec uxor vel alius satisfaciat de debito. Hoc autem in multis locis commutatum est quia ex quo communicamus vivo communicabimus et mortuo. Item consuetudo est alicubi quod si aliquis tenetur alicui de dampno vel de debito et non vult ei satisfacere, potest ei communionem altaris in die pasche prohibere. Sed hoc non contingit quia materia est in penitentibus ex quo tibi tenetur satisfacere et remittit quia impenitenti penitentiale danda non est eucaristia. De exe

cutione sacerdotis in confessione. 130.

Post hoc dicendum est quod sacerdos debet habere aliquam similitudinem brevem tamen ... omnium

ad confessionem venientium ad excitandam devotionem suam et adhortandum quod non erubescat confiteri. Multum namque talem diligit deus erubescentiam et ipsa est magna pars satisfactionis. Et melius est hic erubescere coram uno homine quam coram omnibus angelis hominibus et demonibus in die iudicii. Debet autem penitenti ostendere quantam utilitatem habeat confessio. Ipsa enim est secunda tabula post naufragium, sicut tercia cum baptismati fecerit nullum restat remedium nisi confessio. Exemplum tale autem petrum qui veniam meruit, et ... est in via quod oportet qui criminis per confessionem ad hoc ut sanctum ... Iudas non per similem confessionem suam sine peccato criminis voluit propterea diffusa veniam omisit quia suspensus medius crepuit. Si autem simpliciter confessus veniam petisset dominus cum eo misericordiam fecisset. Sed ultra adhuc suum peccatum abscondere voluit. Dominus cum ad primam vocavit dicens Adam ubi es, ille autem noluit simpliciter confiteri sed se excusare voluit. Dominus increpavit quia dixit mulier quam dedisti mihi. Sed si ut convenit simpliciter veniam rogasset sine dubio eam obtinuisset quia maior est misericordia dei quam omnia peccata que sunt vel fuerunt vel umquam possunt esse. Dicendum est penitenti quod non est tenendum omnes circumstantias peccati. Et quia magna est ex circumstantiis dicendum est ei quod omnes confiteatur circumstantias in ipsa turpitudine peccati si non aliqua pars remanserit. Iam non est confessio. De circumstantiis autem superius satis dictum est. Dicendum est quod omnia peccata simul et uni sacerdoti confiteantur, quia sicut ait beatus augustinus Nescit deus dimidiam dare veniam, quia nescit dimidiam recipere animam ut potest sacerdos ...

absolvere ab uno peccato nisi ab omnibus
fuerit absolutus nec etiam ab aliquo
quod penitens non fuerit confessus et
et plura similia. ponere debet sacerdos
in principio penitenti. Considerandum
vero est sacerdos qui incipit ex
abrupto. attendat etiam sacerdos
quod verbulis non solum sed stimulis ad
suos bonos pungendus sit etiam sensi-
bilem et cautum ad eos demitten-
dum. Similiter sacerdos aliquid
dulce et molle debet ponere antequam
pungat per penam. Unde dicitur ad cap-
tandam benivolentiam breviter
misit prologum in ordine dicta
autem petitionem faceret. De fes-
tivitatibus celebrandis. 131

Post hec dicendum quod prima tam
peccato sit iniungenda. Sed
advertendum quod quedam sunt
que generaliter omnibus sunt iniunge-
da penitentibus. Quedam vero que
singulis penitentibus sunt singula-
riter iniungenda. Primo autem om-
nibus iniungendum est quod celebrent
et observent dies solempnes per
annum in ecclesia constitutos. Hec
autem festivitates celebrari habeant
et debeant per annum secundum canonem
sinodalibus premittendum est ut sci-
ant tempora feriandi per annum a die
dominica adventus usque ad vesperam
ne in diaysimo feriandi vestibus capiant
dies vero nativitas domini sancti Steph-
ani sancti Johannis Sanctorum Innocentium sancti
Silvestri Octava domini Epiphanie
purificatio sancte Marie Annunciatio
eiusdem Dies pasche cum tota ebdo-
mada Rogationes cum tribus die-
bus sequentibus Ascensio domini sancti
dies pentecostes Sancti Johannis baptiste xii
apostolorum in nativitate Petri et
Pauli quia sua predicatione mun-
dum illuminaverunt Sancti Laurentii
assumptio sancte Marie nativitas eiusdem
Sancti Michaelis archangeli Omnium sanctorum
oratorii dedicatio omnium sanctorum
sancti Martini. Et ille festivitates
quas singuli episcopi in sua diocesi cum
suo populo collaudaverint que vicinis
tantum commorantibus indicende sunt
non generaliter omnibus. Relique non
festivitates non sunt cogende ad
feriandum nec prohibende. Item dicit
idem canon quod sunt demittenda cum
ab omni restrictione et abstinentia
additur autem festivitatibus per decretum
in alio canone Exaltatio sancte crucis
per hoc etiam quod dicit quod festivitates
ille sunt celebrande que constitu-
te sunt a consuetudine et recepte ab episcopis
Inde patet sicut concluditur festi-
vitates plures quia iam sunt
ubique consuete sunt et recepte scilicet
festum sancte Margarethe sancte Marie
Magdalene Decollatio sancti Johannis
baptiste Sancti Dyonisii Sancte Cecilie
sancte Lucie sancti Nicolai Sancti Thome
Cantuariensis qui tunc non fuit quando
predictus canon fuit datus Item
festum sancti Vincentii sancti Fabiani
et Sebastiani Sancte Agnetis sancte
Agathe sancti Gregorii sancti Benedicti
omnes iste festivitates et plures
alie celebrari debent in illis locis
in quibus consueverunt celebrari. Cum
sit ita in hoc quia predicte festi-
vitates non sunt nominatim expresse
in canone nolunt eas celebrare
sed in illis ad laborem suum vadunt
et multitudinem scandalizant suum
plures laycos cum tamen multi fa-
ciunt quod in illis diebus non labora-
verunt Item sciendum quod dies dedicatio-
nis cuiuslibet oratorii debet celebrari
in illo. Item quod festum cuiuslibet

sancti cuius in honorem fundata est
parochialis ecclesia in illa debet pro
pria celebrari ¶ De celebratione diei
dominice et quorundam aliorum dierum 132

Diligenter etiam est attendendum
quod superius dictum est in ca-
none scilicet quod dies dominica debet cele-
brari a vespere usque ad vesperam non
ab hora sabbati nona precedenti
ne videantur homines iudaizare ce-
lebrando partem sabbati ; Et mirum
est quod sacerdotes quidam sabbato
celebrari iubent ab hora nona
usque ad vesperam et vocant laycos
sed post illam horam laborant At-
tendendum est etiam quod dies dominica
non habet vigiliam / et ideo non debet
celebrari ut dictum est ¶ Propter non
dum quod in multis locis prava est consue-
tudo ubi conveniunt ad festivitatem
aliquorum sanctorum lascive mulieres et
stulti adolescentes et tota nocte
dormitis cantilenas cantant
vel etiam vetita ducendo ibi chore-
as et turpes exercendo ludos /
omnia talia si potest fieri cum magna debet
diligentia prohiberi ¶ Distinctum
in quibusdam locis quod aliquando
veniunt homines ad tales festivi-
tates / sicut etiam patet eandem etiam
sustinetur quod miracula vel similia
fiunt et emuntur et venduntur ibi
candele et alia / licet deus ementes
et vendentes de templo eiecerit
et dixit vos domum dedit / predicandum
est etiam eis qui ad tales festivitates
venientibus quod vanitatem habeant
passiones sanctorum quos veniunt
adorare / beatus n. laurentius
suam festivitatem numquam ita cele-
brant petrus et andreas in
cruce martinus in cinere et alii
homines aut festivitates eorum

celebrant in conviviis et potationibus
choreis et turpibus cantalenis
quod non bene concordant talia ut
tales homines vitant solempnitates
Sunt autem quedam officia que propter
utilitatem publicam in talibus solemp-
nitatibus permitti non possunt ut
vendam qui de loco ad locum
ducunt auctores in quadrigis auri-
tori qui cottidie parant cibos
et illas festivitates celebrant
qui multis et locis mercatura fiunt
in diebus dominicis et solempnitatibus
aliis omnia talia si posset fieri de-
bent prohiberi / Ubi non non potest fieri
in sermonibus iniungatur quod fa-
ciant aliqua bona opera in recom-
pensationem pretermissarum solemp-
nitatum / De illis autem qui libros
suos corrigunt et lectiones in
diebus festivis affirmant non cre-
dimus quod peccent nisi sint tales
qui locent operarios suos vel de-
narios accipiant pro libris corri-
gendis Sicut n. licet legere verba
et audire divinum ita licet legere
meditando alios vel etiam divinum
dummodo ad honorem dei fiat
et ad utilitatem ecclesie suam
Sicut n. licet lavis agros
suos vel vineas fodere et ag-
nominatim circa rivos de-
ducere illa religio vetuit et
sepes vel macerias diruptas
si invenerint licet has sub
ito obstruere ne destruentur
segetes et vinee ita licet clericis
in diebus festivis libros
revolvere et eos si mendacia in-
venerint emendare ¶ Quare
passio domini non celebratur 133.

Solet autem queri quare
passio domini non cum magna

festiuitate et reuerencia celebrentur
/ quia tunc hominibus acquisiuit sin
gulare gaudium / nichil enim nasci
profuit nisi redimi profuisset. tunc enim victus
redimi
est dyabolus et ianua paradisi est ap
ta. Et ideo magnum et triumphabile
debet esse gaudium / quare quod passio
nes sanctorum et non domini celebrantur
Ad hoc dicendum sicut ait moyses quod
dies ille celebrandus erit in cele
britatibus anni / itaque omnis ani
ma que non fuerit ista die afflicta
peribit de populo suo / dedit enim nobis
dominus ancoram admiracionem
passionis sue / quia qui non compatitur
non conregnabit Ad hoc enim in mem
bris xpi compatitur vnde apostolus dicit ut
suppleam in corde meo ea que
desunt passioni xpi / debemus dicta
die dominum in passione mirari
vel imitari / et aliquas passionis
sue sentire angustias / et ideo
patiendo contra dyabolum pugnare
Quod sibi xpus nichil acquisiuit
moriendo sed nobis / quia condicio glori
ficacionis fuit eadem post mortem
quam fuit ante mortem / quia
fruebatur visione dei eque
in vita sicut post mortem / in corpore
autem dico in sepulchro iacuit ante
resurrectionem glorificacionem non habuit
inquantum immortalitatem et impassibi
litatem recepit Et ideo quia ante
illud tempus nichil sibi acquisiuit
non passio / sed eciam eius solempni
zatur Sancti autem sunt in morte sua
clarificacionem acceperunt quam
prius non habuerunt et ideo dies mort
eorum celebratur Et dicit beatus
Augustinus quod ideo eciam artissimum adeo
passionis domini obseruat ieiunium / quia
ea die ita ieiunant quod non
nisi unicam buccellam scilicet vini in
nocte comedit laicus Alie
ieiunia sunt ordinis generales alias

~~nanda ...~~ //

Quibus eciam generaliter in ec
clesia ordinanda sunt ieiunia per annum
in ecclesia constituta illud ieiuniorum
Prima sunt ieiunia iiii^or temporum que
et veteri testamento instituta sunt
quater autem ieiunia in quatuor erat
partibus anni scilicet in vere estate au
tumpno et yemis fiunt enim illa
tempora qualitates sunt distinctas
ver enim est calidus et frigidus sicut
aer / estas calida et sicca ut
ignis Autumpnus frigidus et siccus
sicut terra / yemps frigida et humi
da ut aqua / Ita nos debemus
in illis iiii^or temporibus anni purgare
peccatorum sordes quas in corpore nostro
contrahimus / Preter iiii^or tempora predicta
Est autem vero ieiunium institutum
secundum in prima xl^e septuagena et ita
ieiunium unum deo soluimus pro duobus
enim eciam secundum quod quamvis unam
missam possumus celebrare pro
duabus ut si eadem die duo anni
uersarii defunctorum acciderint eandem
missam possumus pro utroque celebra
re Tercium ieiunium secundum institutum est
in penthecosten / quia tempore illud
a labore vacat homo et propter estatis
feruorem quia tunc difficile est omnibus
ieiunare enim eciam propter difficultatem
ieiunandi datur tunc licencia ab
ecclesia laicis comedendi oua et
pilia / quod in aliis ieiuniis sunt
prohibita / Quartum ieiunium scilicet autump
nale incipit secundum quarta feria post ex
altacionem sancte crucis enim si exal
tacio sancte crucis feria iiii contingit ie
iunium non in illa sed in proxima septi
mana feria incipit vel ~~septembris~~
~~constat semper ieiunium mensis~~
~~post exaltacionem feria quarta sequitur~~
Quartum ieiunium yemale semper
fit in proxima septimana ante natiuitatem

Sy a ta tij

Qui ita tamen quod vigilia domini sabbato non contingit, tunc enim non fit de prima septimana ante nativitatem sed de precedenti, quia non possunt bene fieri simul scilicet de ieiunio et vigilia eodem die. Circa autem de omnibus hiis quatuor temporum ieiuniis quo quodlibet istorum debeat servari, hii duo versus bene sunt notandi: Vult crux lucie cineres karismata dia, ut sint angaria quarta sequens feria. Est etiam ieiunium quadragesimale quod fuit in veteri testamento inchoatum. Moyses enim quadraginta dies ieiunavit, similiter et Elyas et ipse dominus. Sed in novo testamento constitutum et confirmatum est ieiunium semper fieri in anno scilicet ante pascha. Et circa hoc notandum quod dominica pasche per hos versus: ~~Post martis nonas semper prima notatur. Bis septem completa dies ut pascha sequatur.~~ Incipiat ergo a prima luna post nonas marcii in marcio usque ad nonas dies et tunc erit plenilunium. Semper considerandum est ubi fuerit luna xiiii in illa lunacione et sequenti die dominica erit pascha. Si autem luna fuerit decima quarta in ipsa dominica non in illa vel in illa sed in sequenti die dominica erit pascha. Ideo autem pascha in plenilunio celebratur quia preceptum fuit in lege quod in illo tempore agnus sacrificare debebat paschalis, quod completum est quando Christus qui verus est agnus illo die dominice est ymolatus sicut ait apostolus. Cum venit plenitudo temporis misit deus filium suum. Tunc ii. vere fuit tempus plenitudinis quia tunc nobis dominus contulit graciam et plenam redempcionem. Fecit ideo autem hoc ieiunium xl^a dierum fuit institutum quia xl dies totius anni sunt

decime et nos dies nostros in maceracione carnis deinde decimare debemus. xl. autem dies septem faciunt septimanas. Si igitur in qualibet septimana ieiunabimus vi dies erunt 36 dies et deerunt iiii^or usque ad xl^a. Ad complendum igitur illos dies iiii^or quia dominicis diebus non ieiunabat constituti sunt illi iiii dies qui precedunt xl^a capite ieiunii et a die cinerum usque ad septem dominicam. Quartum autem sequens ieiunium dicitur letania maior et quod semper in festo beati marci celebratur, et dicitur letania quasi cantus lugubris letus vel i. mors dicitur vel ideo letania dicitur quia tunc devenitur mortuum ut sancte petre ora pro nobis etc. Post quam non sequitur ieiunium triduanum quod fit ante ascensionem domini et illi tres dies dicuntur dies rogationum quia tunc rogamus dominum auxilium et hoc ieiunium propter quasdam pestes que tunc occiderunt quarum una fuit inguinaria et alia rabies luporum sicut dyonisius legitur fuit institutum. Sed nunc ieiunamus illis diebus ad postulandum bonam temperiem aeris. Dicitur autem letania maior vulgariter magna crux quia rome in ecclesia ad quam illo die fit processio quedam magna nigra crux depicta est.

~~Quare vigilie sanctorum debeant ieiunari. 127.~~

In vigilia beati marci et apostolorum aliorum philippi et iacobi non ieiunatur propter solempnitatem dominice resurrectionis. Ieiunatur in vigilia penthecostes propter adventum spiritus sancti quidam etiam propter devocionem ieiunium apostolorum quod est inter ascensionem et penthecosten ieiunant quia propter illud tempus ad ventum

Ieiunnates — spt sti quidaz etiaz ppt devotoz
iem aptorum q est int ascensioz
et penthecosten ieiunant/ ex
pectant aptum aut est insti
tutu ut est in precepto illud ie
iunium Itez In vigilia bti Johis
baptiste ppt solempnitatez deci
Bach q non — iunatur ex institutione ecclie
insti vigilijs xii aptorum que non
tur hijs vsibus petrus et
andreas paulus cu symone iudas
et ieiunium nos denouet at
et matheus Sz nare aut in
vigilijs aliorum aptorum ieiunium in
stitutu no sunt Ecclia vona
monet sunt aut consuetudine
in omni aptorum vigilijs fere vbiqz
ieiunant excepta vigilia phi
lippi et iacobi ppt causaz supius
pratatam Item In vigilia sti
laurencij ieiunatur ppt marti
rij sui priuilegium vn etiaz hr
octauaz et 2 sollos post anti
phonas sicut et btus paulus ppt
priuilegium predicationis sine ver
siculos hr post antiphonas cuius
etiaz btus stephanus priuilegium
hr martirij quia primus post dnm
passus est Btus vo laurencius
ppt aliud priuilegiatus est tam
sz ppt grauissimaz penaz suaz
It in assumptione bte marie ie
iunatur et in vigilia aptorum
symonis et iude et in vigilia omni
sctorum et sti andree et natiuitatis
dni In aduentu aut no insti
ex libera voluntate ieiunatur quia
no est institutu insi forte ali
cui sunt et metu Inter natiuitate
aut dni et purificacionem bte
virginis no ieiunatur ppt solep
nitatem illius tpis totu n est
quasi de natiuitate dni Et
q — nondum ppt tres causas notu
est ieiunium prima est ut pccta

pccta puniant ut hic delicias
pecatas austitate vite recompenset
2a causa est ut domicetur in
mentu ne lasciuiat caro et re
calatret Tercia ca est ppt scanda
lu tollendu et institutos ecclie ne
vnus comedat cu alij ieiunant
vbi aut nulla causarum istarum sunt
corporalis exercitatio ad modicum est
vtilis pietas aut ad omnia valz
promissionez hns vite q nunc est et
future Et itm aptus no est regnu
dei esca et potus sicut ait apto
In sermonis de dedicatis et tredenat
ieiunijs prefert venter plenus vniu
ut refert ritus vno dic aptibus
te ipm occidas biduanum et tridua
nu ieiunium est qn duobus vel tribus
diebus continuis nichil comedis
q btus iubet Ipmo no n. d
h a sit ieiunac et corpus macerare
ut seipm occidat sz castigat

De visitatione matris eccle 136.

Est aut vtile scire vnum non
in quibus pdte festiuita
tes et solempnitates et ce
lebrantur Innotato aut q qday
est solempnitas in ecclia ob honorem
quaz no ... noiamus sz q quilz
prochianus semel i anno ad ma
tricez ecclaz sz sedem epalez et e
nio anno institutus sz in septia
na penthecosten et istud veti
testamento ortum sunt precept n.
q quilz ter in anno templum in
iehrm ascendet no manu va
cua ut oraret et hic institutum est
q quilz saltem in anno
semel cu oblatione sua etiaz
matricem visitet a qua recipit
omnia ad salutem necessaria sac
menta hanc etiaz auctez hr
ecclia q quilz pt compelle pro
chianus ad faciendum oblationem

quater in anno in ecclesia prochiali
sc. in natiuitate domini in pascha in
penthecosten in festo illius sancti cuius
est ecclesia. Secundum tamen istos terminos
mutatur ita alicubi solempnes
faciunt oblationes in purificatione
sancte marie et in festo omnium sanctorum
nec multum refert quo fiat dummodo
quater fiat in anno. Ad alias
autem oblationes compelli non debent
vel non possunt. Secundum tamen consuetu-
dinem ecclesie compellunt mulieres fa-
cere oblationes in purificatione et
in nupciis et hec sumpta videntur
in veteri testamento quia et beata
virgo fecit oblationes de lege in-
stitutas sc. par turturum aut du-
os pullos columbarum. Sed ista satis
sunt tollerabilia sed quia etiam exi-
gunt racione quantitatem in sponsali-
bus cum benedictionibus anuli ag-
videntur. hic autem iniqu-
itas potest esse consuetudo ecclesie.
Dicunt et in multis locis coguntur
parrochiani offerre panem diebus
dominicis et candelam ad faciendum
panem benedictum. Similiter coguntur in
multis locis ut cereum comparent
pascalem. talis autem consuetudo
non est reprobanda ubi nulla inter-
venit symonia sed aliquid spiri-
tuale emitur. Sed de hoc dubi-
tari potest exiguntur de baptisacione
puerorum denarii et pro sepultura
mortuorum. Similiter exigunt episcopi pro
crismate et oleo certam summam
denariorum a subditis sacerdoti-
bus. Sed multi excusacionem habent
qui dicunt denarios illos solui pro
synodalibus non pro crismate. Est
autem constitucio catholica quod quelibet pro-
chialis ecclesia soluat ecclesie kathe-
drali per annum duos solidos ad
minus. Isti denarii dicuntur
synodales kathedraticum. Expresse
tamen est prohibitum quod nichil soluatur
pro baptismo puerorum et sepultura mor-
tuorum. ¶ De vocabulis festiuitatum et
ieiuniorum etc.

Post hec utile est scire pro
quibus causis et racionibus voca-
bulorum quibus predicte festiui-
tates et ieiunia appellarentur.
Inprimis quo inchoandum est ad
aduentum domini. Dicitur autem aduentus domi-
ni usque ad natiuitatem domini in quo le-
guntur prophecie et cantantur et
uotum desideria sanctorum de primo
de aduentu domini in carne. Secundus autem
aduentus in die iudicii vel in mor-
te cuiuslibet hominis incipit. Semper
in aduentu domini dominica proxima
dominica ante festum beati andree
vel post celebratur. Quia illa
dominica que est propinquior festo
sancti andree siue ante siue post
aduentum domini incipiet ut autem
hoc melius pateat nota versus isti
Andree festo vicinior or-
dine quouis aduentum domini prima
tollit feria dies precedentes
andream tres et septem ande
quorum lucis aduentus sit tibi
limes. Antiquitus autem dies illa
dicebatur feria in qua homines
cessabant ab operibus quia feriare
ab eo est quod cessare. Nunc autem
quia quolibet die a malis operibus
est cessandum quilibet dies feria
dicitur. Unde dies dominica dicitur
feria prima dies lune dicitur feria
secunda et ita deinceps. Dies autem in
qua natus est xpc dicitur natalis
vel natale vel natiuitas domini.
Obitus autem aliorum sanctorum in qua
mundo vicerunt dicuntur corona-
tales quia tunc in corona nascuntur
nitatem et in gloriam. Sed cum ipso

dni scilicet octauus dies a natiuitate
in quo xpistus circumcisus est more
iudeorum / Deinde epyphania domini
sit autem illa festiuitas tria
nomina propter tria miracula que tunc
contigerunt / dicitur enim epyphania theo
phania bethphania / Epyphania
interpretatur quasi supra apparicio
quia tunc apparuit noua stella in
supernis / Theophania dicitur quasi diuina
apparicio et dicitur a theos quod est
deus quia tunc apparuit vox dei patris
et spiritus sancti in columbe specie
super xpistum in baptismo / Bethphania
autem dicitur quasi in domo apparicio
a beth quod est domus quia tunc xpistus
aquam in domo mutauit in vi
num / Et nondum quod quolibet istorum
festorum dicitur apparicio domini quia
omnibus xpistus in natiuitate sua appa
ruit homo [illegible] hiis tribus festis
potius esse deus apparuit / Deinde
sequitur festum felicis in pincis
dicitur in pincis [illegible] statua tes
tarum pro minimas [illegible] Tribus in felix
locum noluit nisi super pincas
/ Deinde festum sancte agnetis et
secundum quod beata agnes octaua
non sit sed sit aliud festum vel oc
taua die a passione sua propter
quandam miraculum quod ei contigit
/ Sequitur purificacio sancte marie
quam fecit more aliarum mulierum
post puerperium in templo oblacionem
fecit / Dicitur autem inde festum ypa
panti domini quod interpretatur ob
uiacio domini siue processio quia
tunc xpistus processionem habuit ab sancto
symeone et ab aliis quando induc
tus est in templum / Sequitur
lxx a qua illos sequit lxx dies
vel annos in quibus filii israel
fuerunt in captiuitate babilonis
antequam possent redire in iherusalem

et nos debemus captiui nunc [illegible]
memoriam per lxx dies ut ad ce
lestem ierusalem id est ad vitam eternam
redire possimus et ideo in principio
lxx incipit ecclesia leticie canti
ca tacere ut alleluia et te deum lau
damus in dolorem peregrinacionis
sue ad memoriam reducens sicut
filii israel per illud tempus quo in ba
bilone fuerunt organa sua et
cantica leticie suspenderunt
/ durat autem lxx usque ad sabbatum
pasche quod dicitur sabatum in albis
quia clerici cappas habent nigras
usque ad sabbatum illud ad dolorem
peregrinacionis sue significandum et
tunc quasi finita lxx dolore albas
habent super pellicia / Sequitur pascha
xl que durat usque ad quintam
feriam in septimana pasche / et
significat illud tempus quod fuit a noe usque
ad abraham in quo filii israel fue
runt quasi in [illegible] quia deus ces
sauit ab eis nec redijt antequam
venit ad abraham et fecit ei
promissionem quod in semine suo bene
dicentur omnes gentes / Aliter
[illegible] fuit ecclesia donec xpistus venit
in sexta etate in carne et ita
ad sponsam suam redijt et sic hoc
tam ecclesia celebrat xl que
durat usque ad pascha et significat annum
remissionis peccatorum que fit in illo
tempore / quadragesimus vero annus qui
dicebatur iubileus fuit annus
remissionis in veteri lege in quo
omnia remittebantur debita
/ Deinde sequitur caput ieiunii
quia tunc incipiunt ieiunare
layci / Clerici autem secundum canones
ieiunium debent incipere a die lune
precedente / Tunc autem super capita
hominum ponuntur cineres / ut

se intelligant mortuos / deferetur et
crux loco vexilli ad processionem
[illegible] ut sciant se penitentes
per illa arma pugnare contra dia-
bolum / Eadem etiam die penitentes
solempniter expelluntur de ecclesia
sicut adam propter peccatum suum expulsus
est de paradyso a qua eadem die cene
etiam introducuntur / quia post
peracta penitentia peccatores ad cenam
[illegible] / deinde [illegible] de qua
satis supra dictum est / Deinde
annunciacio sancte marie que sic est a
nunciata fuit per angelum quod con-
ciperet filium dei in utero sine vi-
rili semine / [illegible] concepto [illegible]
[illegible] celebratur non [illegible] quia concepta
est ex virili semine quia non po-
tuit fieri sine qualicumque peccato
Deinde nativitas eius sicut nativitas
sancti johannis baptiste celebratur / quia
fuerunt sanctificati in utero et ideo sine
originali peccato sunt nati [illegible] gau-
det ecclesia in eorum nativitate omnes
autem alii cum peccato originali nati
sunt [illegible] et aliorum nativitates ce-
lebrantur / Sequitur pasca flo-
ridum vel dicitur in ramis palmarum
et ideo sic dictum quia flores et ra-
mi palmarum [illegible] Quia
per quam dominus illa die in ierusalem
venit / cena vero domini dicitur quia
ista die cum discipulis agnum pas-
calem cenavit / dicitur etiam dies
absolucionis quia tunc [illegible] a
penis et penitentes ab excommunicatione
etiam absolvuntur / Sequitur di-
es crucis adorate quod dicitur sic quia
ea die crux christi a fidelibus adoratur
dicitur autem parasceve id est preparaciones
quia ea preparabant iudei que
necessaria erant in sabbato in quo
non licebat eis operari / inde sequitur
pasca dicitur autem a pascha a phase

grece quod est transitus latine / quia tunc
angelus extinctor omnes domos
iudeorum transivit in egypto non in super-
liminari domus esset scripta thau
in signum sanguine agni et nullum
tetigit in domo illa / sed in aliis
omne primogenitum occidit / christus
etiam illa die a passibilitate in
inpassibilitatem / a mortalitate in im-
mortalitatem transivit / declinatur
autem hoc pasca huius pasce sicut
hec mensa huius mense [illegible]
declinatur [illegible] grece pas-
cha [illegible] declinatur [illegible]
huius pascatis / [illegible] pascha
[illegible] aut aliis casibus [illegible]
[illegible] / Secundum [illegible] penthecoste [illegible]
pentecostes [illegible] penthecos-
ten [illegible] in neutro genere [illegible]
semper [illegible] / dicitur autem
penthecoste a penta quod est quinque
et coste quod est x quia quinquies
decem dies sunt a pasca usque
ad penthecosten et significat penthe-
costen annum iubileum qui annus
fuit leticie sicut supra dictum est
quod omnes servi fiebant tunc liberi
et omnia remittebantur debita et
significat leticiam quam habuerunt apostoli in ad-
ventu spiritus sancti / de letaniis autem
supra dictum est / letanie grece di-
rogacio latine / Ascensio domini
dicitur quia ea die ascendit dominus
in celum cum carne et adhuc
cottidie in melius ascendit
[illegible] a fine [illegible] dicitur gloria
tibi domine qui ascendisti / Nota quod qui ascendis super sidera
etiam quod assumpcio sancte marie non
dicitur natalis eius sicut et
aliorum sanctorum quia ipsa creditur
[illegible] sine morte dolore
ipsa etiam creditur esse assump-
ta cum corpore et anima / Sanctorum dicitur

l

festum sancti johannis ewangeliste ante portam
latinam quia eo loco missus fuit
in dolium ferventis olei / festum sancti
michaelis celebratur bis propter duo
miracula que contigerunt unum in
monte tumba / et aliud in monte
gargano. Octave autem festum
omnium sanctorum fuit et semel celebratur
in anno propter omnes / Notandum autem
l no quod nullum festum de veteri testamento
celebratur / quia omnes tunc inferno
baptizati descenderunt in limbum
donec christus venit et per passionem
suam genus humanum redemit
Sanctus autem johannes baptista de novo
testamento facti sunt quia
christo contemporanei sunt et bap-
tizavit quod ad novum pertinet tes-
tamentum. Innocentes etiam de
novo testamento quia christo fuerunt
contemporanei et pro eo occisi sunt
et ideo festum eorum celebratur.
Vinctis quia porta celi non dum fuit
aperta quando passi sunt / quam christus
in passione sua aperuit ideo in
festo eorum in quibusdam ecclesiis
non cantatur alleluia in missa. Capitulum
~~quibus septies in die laudabit~~
~~dominum. totidie~~ // 138

Post hec videndum est laicus ut
cottidie septies laudent
deum dicendo orationem dominicam
et credo in deum / et si plura sciverint
bonum est ut salutationem
beate virginis scilicet ave maria et
aliam que est talis Gaude sancta
maria dei genitrix virgo immaculata
gaude que gaudium ab angelo suscepisti / gaude que genuisti eterni luminis claritatem
Gaude mater / gaude sancta dei
genitrix que sola mater es in-
tacta te laudat omnis creatura
genitricem luminis sis pro nobis
virgo perpetua quesumus intercessrix
ad dominum nostrum ihesum christum filium tuum
amen. Et ut sciant miserere mei
deus si possunt / ad illa non non sunt
cogendi sciendum scilicet ammonendi
vero sunt ad sciendam orationem dominicam
et credo in deum et benedictionem etiam
scilicet In nomine patris et filii et spiritus sancti
quibus christiani cogi debent. Bonum autem
valde est ad esset quod scirent etiam
in peccatum pro te virginis salutationem
scilicet gaude maria ut legitur in miraculis
beate virginis quod quidam
clericus valde lascivus cottidie
in oratorio beate virginis hanc dice-
bat salutationem / Cum autem qua-
dam nocte quendam pontem transiret adul-
teram suam visitaturus precipitatur
cum equo suo in aquam ille autem
incipiens dicere hanc saluta-
tionem beata virgo venit et eum ex
aqua eduxit et ut ad penitentiam
rediret illi precepit et salvus
factus est. Multi etiam habent angelum
cottidie eis deputatum dicen-
tes Angele qui meus es custos
pietate superna me tibi commissum
salva defende guberna. Preterea
omni penitenti iniungendum est
ut cottidie signaculum sancte crucis
in fronte et in pectore suo faciat
dicentes In nomine patris et filii et spiritus sancti
amen / et si sciat hunc versum dicat
per crucis hoc signum fugiat procul
omne malignum et dicat pater
noster et alias orationes pro animabus
benefactorum suorum et forsitan cum
magno peccato ea acquisiverunt
que filiis suis et parentibus relin-
querunt et sunt forte in purga-
torio vel in peiori loco / Immo vel
dampnati est si non subveniat
eis in orationibus et elemosinis

quodammodo maior elemosina
est subvenire defunctis / quam vi-
vis / quia mortui mendicare non
possunt sed vivi pauperes sibi necessaria
acquirunt mendicando. Preterea
quilibet bene rusticus innitetur
semper dicere de profundis pro animabus
sic requiescentibus. In aliqui-
busdam locis bona est consuetudo
ubi parochiani antequam cenam in-
tendantur ipsam tenent ter pro
animabus requiescentibus prius di-
cunt videat etiam omnibus bene quod
nocte antequam dormiat cum signo
crucis se deo commendet et pa-
ter et credo in deum dicat / Sicut
etiam multi sancti viri quod omnes cleri-
ci cum habent beneficia totidie de-
bent dicere ex debito placebo et dirige
pro animabus defunctorum de quorum
bonis vivunt. Si enim benefacere te-
netur vivis benefactoribus et orare
pro illis multo fortius pro mortuis.
Idem autem si aliquis talis neg-
ligit vel dicere non potest de hoc vitam
in qui pro eo totidie dicat. De
histrionibus et officiis inutilibus
Preterea pro ... 139

Percudendum est sacerdotibus ut
perquirant a penitente quod
sit eius officium / quedam enim offi-
cia sunt que ex toto sunt peccata / ut
meretricium et histrionum / quedam sunt
que sine peccato vix exerceri possunt
ut mercatorum etc. sicut ait
Gregorius difficile est inter ementis
et vendentis commercium non intervenire
peccatum. Quedam autem ex toto sunt
inutilia ut eorum qui tonnas fa-
ciunt annulas floridas et decios
sive talos ad ludendum. Que-
dam non officia necessaria sunt sed
vix fidelis exercentur ut inca-

narorum et magistrorum et puerorum
et scola. Cum igitur meretrices ad con-
fessionem venerint vel histriones
non est eis danda penitentia nisi
ex toto relinquant officia alio-
quin salvari non possunt. Sed est a-
gendum de histrionibus qui de rapi-
na tum vivunt. Sed notandum quod tria
sunt histrionum genera. Quidam enim
transformant et transfigurant cor-
pora sua vel per turpes saltus
vel gestus / vel corpora sua tur-
piter denudando et horribi-
les larvas induendo / et omnes
tales dampnabiles sunt nisi offi-
cia relinquant. Sunt et alii
histriones qui nichil operantur
sed curias sequuntur magnatum
et aliis agunt non certum habentes
domicilium sed curias sequuntur
magnatum / et ignominias locuntur
et obprobria absentibus talis
etiam sunt dampnabiles quia prohibet
apostolus cum talibus cibum sumere
et dicuntur tales scurri et vagi / quia
ad nichil aliud utiles sunt nisi
ad devorandum et ad maledicen-
dum. Est et tertium genus histrionum
qui habent instrumenta musica
sunt musicalia ad delectandum
homines. Sed talium sunt duo genera.
Quidam enim tabernas et publicas
potationes frequentant ut at-
tendentes dom. Augusti. Item di-
cunt de clericis illis diebus
festis sequendo quia tabernas dicere
et choreas faciant ad lasciviam pro-
vocant et tales sicut et alii dap-
nabiles sunt. Sunt etiam et alii
qui dicuntur ioculatores qui
gesta cantant principum et vitas
sanctorum et hominibus in egritudinibus et
angustiis solacia faciunt et
non exercent turpitudines sicut

faciunt saltatores et saltatrices
et alii qui ludunt in ymaginibus
inhonestis / et videri faciunt quasi
quedam fantasmata per incantatio-
nes vel aliquid et tales dummodo
vitent predicta sustinere possunt
sicut artifices. Sic quidam ioculator
ab eo quereret utrum salvari
posset in officio suo / quesivit ab
eo utrum sciret aliquod aliud opus
unde vivere posset et videns quod non
permisit igitur sua que vivet de offi-
cio suo dummodo predicta fastidia et
turpitudinibus abstineret. Notandum
etiam preterea quod omnes peccant mor-
taliter qui dant superflua et
locatoribus vel pro diis hystrionibus
aliquid de suo / quia sicut dicit
canon hystrionibus dare nichil
aliud est quam perdere et sumptus hys-
trionibus dare est demonibus
ymmolare / Dantes enim talibus in
errore eos fovent quia si
nichil eis daretur relinquerent
officium suum primum. De officiis
pugilum &c.

Est et aliud quorundam of-
ficium qui dicuntur pugiles
vel duelliones qui operas suas
exponunt ad pugnandum in bello et
omnes tales sunt in odio fraterno ne-
mo enim alium potest diligere quem vult
occidere. Tales enim nichil videntur
facere quam deum et vires suas
temptare. Nam monomachia
id est singulare bellum dampnabile
est in ecclesia sicut et pena in-
dicia scilicet ferri candentis et aque
frigide et ubique modo prohibentur
et similiter ecclesia prohibet monomachiam
etiam. Sed per principes seculares
prohibita est ecclesia ne possint
inhibere. Nam cum princeps teneret
hereditatem suam et alius iniuste

eam impedit in duello licet
tenenti se et sua defendere pug-
nando sicut licet se et sua de-
fendere a latrone. Sed si aliquis
iniuste peteret hereditatem suam non
compellens quod per ea pugnaret / si
alio modo ius suum in iudicio
asseret. Cuilibet enim licet se defendere
si non pugnare vel vindicare //
De officio mercenariorum et meretri-
cum &c. Cxlj.

Post hec restat agere de officio
mercenariorum / Officium autem
mercenariorum est qui locant
operas suas vel ad diem vel ad
certum tempus valde est periculosissimum
quia tenentur plene iustum
suum exhibere hiis a quibus cibum
et stipendia accipiunt / si non cu-
rant quam parum laborant dum-
modo mercedem accipiunt / et hic
est quasi furari et rapere conductori
suo pecuniam suam facit enim merce-
narius pactionem unius diei vel
plurium pro tanto vel pro tanto precio
et forte non facit tanti laboris
dimidium ergo iniuste recipit quod
quam vel iniuste precium sui laboris
recipit. Nam vehementes assertiones
nobis sunt super hec invenpandi. Item
sunt multi mercenarii qui operas
suas ad turpes locant labo-
res et ad committendum fornicationem
vel incendio vel meretrici vel predonem
et omnes tales sunt quasi consentientes
illis quibus committunt in peccatis con-
sentientes autem et agentes
sicut dicit canon pari pena
puniuntur. quia non multi peccant
consensum committendo, etiam est / quia
multi vero dicuntur consentire. Est enim con-
sentire cum in actio maleficium ap-
probare vel scire. Consentire est

malefactores blandiis adulatoriis
commendare. Item consentire est per
maleficium malefactores defendere.
Item consentire est malefactoribus non
resistere, non possis vel non resistere
debes vel potes vel antequam fiat
maleficium vel dum factum est. Item
consentire est post maleficium male-
factores fovere et defensionibus protegere.
... quod consen. et agen. pari pe-
na puniuntur. Cum tamen alii omnes pec-
cata sint digni commendamus ut
ille qui consentit approbando male-
ficium vel apponit adiutorium vel
potest corrigere multo magis peccat quam
alii consentientes. Item meretrices
vel meretricarios computantur, lo-
cant et corpora sua quamvis ad
turpes usus et tamen quia de corpore
suo laborem sustinet licitum est
eis retinere quod per tali labore acci-
piunt. Unde lex solarix ait: Tur-
piter facit que est meretrix, sed
tamen de meretricio potest pulte et
precium meretricii retinere et inde elemo-
sinam facere. Unde tamen si appetit li-
bidinem et adimpleat iam non la-
borem suum locat et tunc turpi-
ter facit et turpiter accipit. Item si
meretrix se ungit et ornat ut
castiores decipiat et mentiatur
pulcritudinem et speciem quam non
habet quia tunc locator credit
se emere speciem que non est, tenetur
peccat meretrix quia non potest licite
retinere quod sic accepit turpissi-
mum est questus meretricis et ab-
hominabilis quia dicit apostolus
Custodi vas tuum id est corpus in sancti-
ficatione. Item nota quod meretrices
de turpi factis elemosinas de his
que de corporibus suis labore quae-
runt. Item districti sacerdotes iniun-
gant eis in penitentia quod non vacare
sunt in agris vineis pauperum

laborent et nichil preter victum
accipiant, ulterius id est de talis labora-
re, ut sicut deum laboret honoret
non suo labore cum deus dicit Ho-
nora deum de tua substantia non dicit
de solacio vel alia substantia set de qua natura
divino tua sit. De officio me-
dicantium xxii

Est eciam officium mendicorum
qui nichil aliud faciunt quam
mendicant et comedunt et ele-
mosinis fidelium vivunt. Talium
autem est vita periculosa, quidam enim
transfigurant se vestitu miserabi-
li ut magis credantur sint videantur
egeni et ita alios decipiunt ut
plus accipiant. Sepe etiam cum
non indigeant computant sibi
quod alii accipere debeant et plus
colligunt quam necesse habeant et
aliis vendunt. Si aliqui accipiant
illos eciam inique vel raro ad ecclesiam
veniunt ut divina audiant
set tamen ut accipiant, vix eciam
in vita sua aliquam audiunt pre-
dicationem. Sepe eciam fortes
sunt set propter pigriciam laborare no-
lunt et ita elemosinas accipiunt
quas tamen dare deberent indigentibus
et ideo eius peccant mortaliter
quia forte non intelligunt nisi
sacerdotes instruant. Item omnes men-
dici sunt ad orandum obligati
pro hiis quorum elemosinas accipi-
unt quod si plus accipiunt quam
orationibus suis reddunt vel redde-
re possunt peccant mortaliter. Unde oportet quod
sacerdos in confessione talium mag-
nam apponat diligentiam. Sic
autem qui propter inedia laborant
clerici qui tamen vivunt de elemosinis
et sunt obligati ad orandum
pro illis de quorum vivunt bonis
et non vel parum de hoc curant. Cum

omnibus inquirendum est in confessione
ut diligenter ordines suas compleat
quas tenentur facere. De offi-
cio magistrorum scolarium. §83.

Aliud quoque est officium simpliciter
valde periculosum scilicet magistrorum qui
in scolis suis alios habent in-
struere et pueros parvos docere
eos bona non solum in moribus
sed etiam in scientia instruere. Cum sepe
a pueritia puerorum soleant inte-
rim decipi quoniam non per magistrorum ne-
gligentiam in scientia vel moribus pueri
deficiunt peiores sunt magistri fu-
ribus. Fures enim substrahunt pecuni-
am, isti autem mores et scientiam.
Sepe etiam contingit quod scolares
ut tunc sciunt quod inde possunt vivere
ut ad officium aliud efficiuntur
fures et latrones vel malefici
et ita in perditionem vadunt. Unde
diligenter inquirendum est a ta-
libus scolarium magistris ut in offi-
cio suo sint fideles et in officio
suo diligenter instruant suos
subditos vel discipulos ne per ina-
vel ignorantias reprimat Deus
animabus magistrorum. De officio sa-
cerdotum curam habentium animarum. §84.

Est et aliud officium omnibus
periculosum scilicet sacerdotum et
aliorum clericorum curas animarum
habentium, si eas nesciunt regere vel
si sciant negligunt. Talibus autem
nullum resistat consilium nisi ut
beneficia sua relinquant vel ad
regimen animarum sibi commissarum di-
ligenter intendant. Multi eo
contra faciunt quia nec ipsi per
nec per ydoneas personas et minis-
tros parochias suas regunt
sed mercenarios constituunt et quos
esse meliores credunt quos pro
minori precio habere possunt vel si bene-
ficia sua ad firmam tradunt
vel aut alicui usque firme firmam
magnam curant ut unicuique suos vi-
sitantes parochias animas omnino
sectis lupis exponunt. In ulla pastor
excusatio fit si lupus gregem devo-
rat et pastor ignorat. Non atten-
dunt quanta apponit diligentiam
pastor secularis ita oves custodien-
das et pascendas, quod diligenter
eas minat quam bona eas querit
pastura et si per absentiam vel eius
negligentiam aliqua ovis perditur
restituere tenetur. Aliter Deus
sanguinem animalis sive perierit
de manu requiret pastoris. Mag-
na cautela est ipse curam
animarum de manu episcopi cum dicat
episcopus suscipite hanc et committo
parochiam ut in die iudicii respon-
deas pro anima tua et mea. Debet
custodia. Cum igitur talis ad confes-
sionem venit diligenter ab eo
inquirendum est si vigilet super
grege sibi commisso ut aliquis pro
... patiatur dormiens in
mortali peccato. Inquirendum etiam
est ab eo si non solum in spiritualibus
sed etiam in temporalibus parochianis
suis indigentibus si potest subve-
niat. Iuxta verbum: Quilibet sacerdos
vel pastor pascere debet gregem suum
scilicet verbo predicationis exemplo bone
conversacionis et largitione beneficii
corporalis. Unde Dominus ter dixit
petro pasce oves meas id est
pasce verbo pasce exemplo pasce
et opere. Magnum quoque omnibus est et
periculosum clericis curam animarum habentibus
... maius beneficium confert clericus
episcopo cum beneficium de manu eius
suscipit quam equo. Clericus enim
pro episcopo animam suam obligat et episcopus
voto pro vivis solent celebrare hominibus
ut hiis pro quibus offertur sacrificium
mortis inferrent periculum prudentiae
elegit unanimitatis connectus
ut si quis deinceps talia perpetrasse
fuit detentus officio privatur or
dinis sacri / et tam ipse sacerdos quam
ille qui eum ad talia pro agenda in
vitasse deprehenditur exilii perpetui
ergastulo relegetur ¶ ~~De scientia~~
~~demonum circa naturalia~~ c[apitulum] 20

Patet ex predictis quod demones
multarum habent scientiam de rebus
naturalibus tum propter nature sue sub
tilitatem tum propter dierum suorum longi
tudinem propter singula autem quedam cogitatio
nes cogitationes hominum cognos
cunt multo subtilius et manifestius
quam homines si autem homines cogitent de
hiis aliquid cum mulieres loquuntur cum
cogitare deprehendunt de luxuria vel ex
hitudine vultus ad adventum eius
turbat odio vel ira quanto magis
dyabolus ¶ Unde per talia signa cogita
tiones hominum cognoscit vel aliqua
futura previdet sicut dicit quedam
sunt occulta stultorum dicas sibi al
licet quod divinare habeat scientiam ¶ Preterea
propter suam subtilitatem penetrare habet corpora
intrare hominum et si adeo permissus
fuerit et animabus hominum se vicinius
applicare et cogitationes suas

conceptas quas ipse prius presentit
per quasdam formas ymaginarias
instigare quia dyabolus malarum cogita
tionum est incensor non immissor ut
potest per vide eas sed tantum per signa cogitatio
na conicere sicut predictum est / Quo
aut cogitationes hominum intendat
et instigat duplex est opinio
dicunt enim quidam quod cum adeo permit
titur applicat se aeri humane vici
num et quia ipse totus sordidus
et fetidus inficitur aer eius vici
nus et corrumpitur secundum illud poete
et una conferta livorem ducit
ab uva sicut animal sanum ex
alio contagioso contrahit contagium
¶ Et quia diversi spiritus diversis presunt
viciis si spiritus fornicationis appli
cat se aeri ex eius vicinia et cor
ruptione habet anima fetidum appeti
tum fornicandi ¶ Si aut spiritus ira
cundie se aeri applicat movetur
ad iracundiam ¶ Similiter de aliis in
tellige sicut etiam homo aliquos
vel odores sentiens ad capiendum
gustandumque movetur ¶ Alii dicunt
quod natura aeris mutata corporis
mutat humanam et secundum aerem vi
cinum et inspiratum compositum dispo
nitur aer enim est res flexibilis
et varias species mutabilis sicut
qui studet secundum suam naturam cooperari
¶ Cum dyabolus et potestatem et scientiam et
artem habet assumendi corpus aereum
ex aere sibi corpus formare quod
secundum naturam fiant non per miraculum
sicut enim non videtur mirabile
quod certis temporibus homines artem habent ex
putrida carne vermes producen
di quanto minus est dyabolus habet
scientiam et artem commutandi ae
rem quia potestatem habet et artem
ex aere corpus formare ¶ In
mutata ergo aera secundum diversas
qualitates pravas et pestiferas

Cum turbatur corpus humanum corpore
turbato et secundum diversas qualitates
commutato turbatur et anima et movetur
ad diversos affectus quod patet de anima cogi
tante que concipit diversas ymagi
naciones secundum diversas perturbaciones cor
poris ipsa perturbante Sicut ergo
quod non negamus quin secundum corpus pla
netarum mittentur affectus hominis
quod patet per cursus et siderum motus
disponitur et immutatur aer
et complexio quo immutato mutantur
affectus hominis fiunt tristes vel io
cundi irati vel mansueti Sed tamen
non ex necessitate cum immutat homi
nem ad aliquid vel effectum volendi quia
homo ex racione sua motus tales
refrenare potest de talibus tamen hic agere
non intendimus Item contrarium
est illud predictas assignare de quibus
ita scriptum est Si quis ariolos
vel aruspices vel incantatores
observaverit qui philacteriis usus
fuerit anathema sit Item qui
divinaciones expetunt et morem
gentilium subsequuntur vel in domo
sua huiusmodi homines introducunt
exquirere ab arte magica vel
expiendi causa sub regula quin
quennii iaceant secundum penitencie gradus
diffinitos Item non licet christianis te
nere tradiciones gentilium observa
re et colere elementa aut lune
et stellarum cursus aut inanem
signorum fallaciam pro domo facien
da vel propter arbores plantan
das vel propter segetes vel propter co
niugia socianda Scriptum est enim
omnia que facitis aut verbo aut
in opere in nomine domini nostri Ihesu Christi
facite gracias agentes deo Nec
oblacionibus herbarum que medici
nales sunt quas observaciones
vel incantaciones non licet
attendere nisi tamen cum symbolo divino

ut oracione dominica ut tamen deus creator
omnium et dominus honoretur Item si quis
paganorum consuetudinem sequentes
divinos et sortilegos in domum sua
introduxerit quasi ut malum foras mittant
aut maleficia inveniant aut lustra
ciones paganorum faciant quinque
annis peniteat Mulieribus quoque
christianis non liceat in suis lanificiis
vanitatem observare sed deum invocare
adiutorem qui eis sapienciam
texendi donavit ¶ ~~De hiis qui
ex aliquo eventu futura prenos
ticant~~ 2 ¶ ~~C. xi.~~

Sacerdotes ergo semper suos
moneant parrochianos ne
sortilegiis et veneficiis se commisce
ant et si fecerint peniteant
Pravum autem sunt quando de aliquo per certo
signum inchoati sunt quidam enim si
quosdam sibi obvios habuerint
maxime clericos vel eciam alia ut
potest sues et huiusmodi futuros sibi
inde prenosticant eventus alii vero
si surgentes sternutaverint bonum
vel malum sibi credunt inde fu
turum alii ex complanctu et ululatu
nocturnarum sive exululatu cani
et huiusmodi pestem vel mortem domini
sue credunt et sepe illud accidit
quod ex talibus signis vel auguriis sibi
credunt esse futurum Dyabolus enim
sciens illorum credencias esse pessimas et
stultas operacionibus in hominibus ad
fovendum eos in errore suo pro
curat aliquibus modis ut eveniat
illud quod credunt esse futurum
et si aliquo modo precognovit illud
accidere eciam prius permittit signa
ex quibus illa stulti homines credunt
futurum patet eciam per doctores quod non est
nobis utendo vel faciendo scripture per
scriptis ex carmine vel psalmis vel
ad [illegible] ad consuetudinem sunt
[illegible] ad illud quod ad salutem anime et

corporis est nocivum. Item tum incantaciones
nes sunt in revolucione psalterii et ad
inquirendos futuros eventus licet dicentibus
sacre scripture utantur non sunt tamen
minus [illegible] quam si facerent per
verba alia ad que uti non licet. Constat
tamen quod verba sacra in rebus naturalibus aut
tantam habent efficaciam in rebus n. dent
physici proprie vide[n]tur naturam esse con-
stitutam sed verbis et herbis et in
lapidibus deus dederit ut herbarum et lapi-
dum aliquid sciunt. Sed dedit vocem par-
vam vel nichil habent aut vocem artem
solus salomon habuisse dicitur que nunc
penitus omnibus est incognita. Sicut
in aliqua herba aliquis in corpore
humano habet effectum et alia in alio. Item
sicut unius elementi naturaliter creditur
habere effectum aliquid ad aliquid agendum
vel commutandum circa rem aliquam
et aliud circa aliam, et sicut diverse herbe
simul coniuncte aliquam habent virtutem
in medicina quam nullam per se haberet
ita plura elementa vel plures de
rectorum voces dictionibus temporalibus
aliquid si simul proferantur coniuncte
habent effectum quem prolate singulariter
non haberent. Sed non est homo vel si
deus est qui elementorum virtutem
sciat vel artem coniungendi vocem per-
fecte sciat non artem salomonis exorcis-
mos invenit in quibus hortando
demones eos in vitreis vasis in-
clusit et multa alia miracula dicitur
naturalibus per exorcismos fecit. Preterea
certam artem magi phitonis ex
[illegible] creduntur fecisse dicta-
nes secundum naturam artis et secundum occulta-
[s]cientiam ipsis verbis insita quorum
ipsi noverint naturam ex illis scien-
tibus procedendi dicciones habue-
runt artem. ~~De hiis qui sacra ver-~~
~~ba se portant~~ 2 12

Si quis autem huius artis habet
scientiam et utitur secundum naturam
non admiscendo nomina de-

monum vel aliter eorum vel aliquas
alligaciones vel similares turpitudines
videtur credimus quod non peccaret
licet operari miracula videtur. Sicut
non peccat medicus qui secundum artis
sue subtilitatem aliquam mortem suam
futuram longe antequam veniat pre-
dicit licet hoc miraculosum ignoranti-
bus videatur. Similiter qui per naturalem
aeris inspectionem et planetarum conside-
rat serenitates vel sanitates vel
tempestates futuras vel sterilitatem
terre vel fertilitatem vel pestem vel mor-
bos vel hylaritatem hominum vel tristiciam
vel quia ex disposicione aeris possunt
esse homines tristes vel iocosi licet hoc
longe antequam contingat predicat non
non peccat vel aliquam inde vanitatem
querat vel incantaciones demo-
num commisceat. Item patet ex predictis quod
qui sacra verba devocione vel psal-
mos scripta ferunt in cedulis et cir-
ca se portant cum intencione ut
sermonis et efficacie adversitates et
turpitudines arceant et creden-
tes per hoc prosperitatem consequi fortunam
et vitare penas quas meruerunt
et tales inde credunt virtutem esse
verbis qualem deus non dedit eis graviter
peccant et sacrilegi sunt. Sed multo
gravius peccant qui quosdam caracte-
res scriptos portant et verba quedam
quorum significacionem penitus ignorant
credentes quod ex virtute eorum suam
possint consequi voluntatem vel ad-
vitare adversitates. Si quis autem super
se verba sacra portat fiducia cre-
dens quod ex devocione et divina clemen-
tia ei contra demones et alias
temptaciones valeant non peccat.
Sed licet Augustinus in libro de laude
psalmorum dicat quod quidam psalmi
cum fide et devocione cantati va-
lent contra morbos quidam
contra temptaciones et quidam alias

adversitates. Dicunt etiam quod eos cantaciones
vel super se portare non est peccatum
legimus enim quendam crucem semper
in sinum suo portavit unde cum qui-
dam sicut legitur in miraculis
beati andree non proposuisset penitere
deformatione quam diu conceperat
rat a multis cogitationibus proposuit
aliud labefactaret crucem in sinum suo
decrevit semper portare ut ita
temptationes posset melius superare
victus in temptationibus et crucem
sui oblitus currerit ad lupanar
ut fornicaretur quem meretrix in
ingressu prospiciens ait egredere senex
egredere angelus enim dei es tu ne
contingas me neque appropinques
huic loco. Tunc ille stupefactus quod
hoc esset cogitavit quod crucem secum
haberet recoluit et conversus venit
ad beatum andream et de erroribus
suis penitentiam egit. Quid autem dampnosum
est si aliquis contra herbas colligendo
non est utendum nisi oracione dominica
et symbolo prout quosdam dictum est
qui per [illegible] commutare voluit
et incantaciones herbas quas portat
aliqui reputent virtutem quam ex natura
sua habent. Si quis autem circa her-
bis colligendis vel circa aliis operi-
bus operibus psalmos decanta-
verit vel alias quascumque oratio-
nes ecclesiasticas non ad facien-
das conjurationes vel incanta-
tiones sed ad deum laudandum
et ut deo per suas proprietates habeant
operandi benefaciat et impetrat

Sententia philosophorum de sompno 23

De sompno quam solet cri-
antes sed sit peccatum fidem
adhibere sompniis super quo ista
pertinent tamen katholicorum certa
est opinio. Dicitur enim plerisque sompnia
quandoque sunt sed in sompniis fantas-

ma sompniorum visio oraculum vocat
per simplicem sed per impendi distinctionem. Anima
enim rationalis creatura est et naturaliter
sit preteritorum presentium et multorum
futurorum. Sed autem cum presentia per mo-
lestias corporales et seculares pertur-
batur sed per inspirationem vel oracionem
in minima dimicat. Cum igitur anima uni-
ta sit corpori ex mole carnis pro-
naturalis sue subtilitatis perdit. Sed in
sompno cum quiescunt animales virtu-
tes et anima ab opere corporis quodammodo liberatur
tur in operationibus non sit tunc con-
tenta velud ad exercendum visum au-
ditum odoratum gustum et tactum ex-
terius autem liberata ad seipsam redit et
scientia sua liberius utitur circa cogni-
tionem futurorum et multa comprehendit
futura. Sed quia colligata est corpora-
libus omnibus non ea comprehendit nisi
per ymaginationes quasdam corporales
et in ymaginationes illas omnem consig-
nificationem aliquam interpretatur ut
pugne ne sentimus comprehendit ac
laborem per aquam et circa certa consimili
modo anima enim libera a corpore aspecta
et per illas corporales formas in
sompno res futuras comprehendit
ut sentimus laborem et pericula et sic modo
dicitur futura videre per sompnium
et multam habet talis visio significationem.
Contingit autem aliquando quod vel ex mor-
bo vel ex nimia fatigatione vel
ex nimia crapula corpus turba-
tur. Sicut et tunc in sompno et in vigi-
liis turbatur anima per vanas yma-
ginationes velud egri sompnia
vano fingunt species sicut in frene-
ticis contingit quod ex turbatione
sompnium morbi et humorum in corpore
multa que non videt reputat
videre. Item ex perturbatione per-
cedenti aliquando in sompniis re-
manent cogitationum reliquie

tita ex duplici molestatione vel ipsius
corporis vel ipsa cogitationum precedenti
cum angustiis videlicet anima quas-
dam ymaginationes vanas et talis
visio insompnium dicitur quia nichil nisi
vanitatem signat Si autem talis visio
fiat loco medio inter sompnum et
vigilias cum homo scilicet non plene vigi-
lat nec eciam plene dormit scilicet
cum apparent aliquando horribiles yma-
ginationes dicitur tale sompnium fan-
tasma quia fantastice sunt vi-
siones et hac de causa dicit vulgariter
phyaltes apprimere homines Creditur
autem phyaltes esse demon qui ho-
mines videtur apprimere et fere suf-
focare cum tunc clamores audi-
untur quamquam et nisi excitentur
fere suffocantur nec repugnat
fidei catholice illud quia demo-
nes corporaliter permittuntur sicut
apparuit in pectore suo Cum corrumpunt
spiritum et ascendunt quantum a deo
permittuntur Sunt eciam sompnia
homini non scilicet cum anima sine animi per-
turbatione et sine aliqua ymagina-
tione divinitus illuminatur ad futurum
aliquid videndum et hoc tamen prophetia
dicitur Fit quia quandoque dicitur quod
ostenditur ei cognitio futurorum sed
contingit in rerum eventu vel in cras-
tino vel post mortem et tunc dicitur
tale sompnium oraculum quandoque cum
apparent venerabiles persone futura
predicentes vel per signa aliquas
quod futurum est demonstrantes et tunc
eciam dicitur oraculum huic philosophie
non multum discrepat katholicorum
doctorum tradicio excepto eo quod
dicta species sompnii quod fit prophetia an-
tonomastice dicitur sompnium nec eam
non faciunt cum scilicet anima a corporalibus
operacionibus per sompnum liberata
et sua libertate liberius consti-
tuta aliquid futurum per suam subtili-

tatem quod habebit contra a corpore in-
ducitur Quid de sompniis senciant
theologi 218

Tradicio autem et opinio katho-
licorum doctorum de sompniis
hec est sex modis tangunt animam
ymagines sompniorum aliquando
enim sompnia ventris plenitudine vel
inanitate aliquando illusione aliquando co-
gitatione simul et illusione
generantur Sed duo que primo dicun-
tur omnes experimento cognoscimus
Sed mista autem interius de sacre scrip-
ture pagina convenimus sompnia
autem nisi plerumque ab occulto hoste
per illusionem fiant sicut hoc nequaquam vir
sapiens indicaret dicens multos
errare fecerunt sompnia et exci-
derunt sperantes in eis vel certe
non auguriaberis animi nec observa-
bitis sompnia quibus perfecto verbis
ostenditur cuius sint detestacionis
que auguriis coniunguntur Item
aliquando nisi ex cogitatione simul
et illusione procedunt vir sapi-
ens non dixisset multas curas
sequuntur sompnia et nisi eciam
aliquando ex misterio revelacionis ori-
rentur sompnia Joseph preferendum
se fratribus per sompnium non videret
nec eciam Joseph alter per angelum
de sompniis ammonitus ablata puero
et matre in egyptum fugeret Item nisi
aliquando ex cogitatione simul et revela-
tione sompnia procederent nequaquam
daniel propheta nabuchodonosor
visionem disserens insinuaret a
cogitationibus inchoasset dicens tu rex
cogitare cepisti et paulo post vi-
debas et ecce quasi statua una grandis
Sompnia divinorum et sortilegorum 219

Ut at ad pora redeamus prius
quam plenius colligi canones
de divinatoribus hoc anno sicut quibus
episcopis ad presbiteris sine dyaconis

vel alicuius ordine clericos magos vagos
aut aruspices aut ariolos aut
certe augures vel sortilegos aut
eos qui profitentur artem magicam
aut eorum aliquas similia exercentes
fuerit deprehensus consuluisse ab ho
nore dignitatis depositus mona
sterii ingressus ibique perpetue pene
deditus scelus admissi sacrile
gii luat. Commoneant quoque sacer-
dotes fideles populos ut nouerint
artes magicas et incantationes
que quibuslibet infirmitatibus hominum
remedium vel posse conferre non
animalibus languentibus claudicanti
bus vel etiam moribundis quicquam
mederi nesciunt vel nequeunt
sed hec esse laqueos et insidias ca-
lidi hostis quibus ille perfidus ge-
nus humanum nititur allicere et si
quis hec exercuit clericus degradetur
laycus anathematizetur. Item
qui auguriis vel diuinationibus
seruiunt vel qui credunt vel si qui
hominum sunt inmissores tempesta
tum vel si qua mulier incantatio
nes vel diuinationes fecerit vii
annis peniteat. Item auguria
vel sortes que dicuntur false sanctorum
vel diuinationes obseruauerit
vel quarumlibet scripturarum vel votum
voverit et non persolverint vel
ad lapidem vel ad arborem
vel ad quamlibet rem excepto ad
ecclesiam omnes cogitentur si ad
penitentiam venerit clerici tres
annos peniteat layci unum et
dimidium annum peniteant. Item
si aliquis veneratur lapides
vel ligna vel arbores quasi deum
suum negat et abrenunciat ba-
ptismati et ideo primam inde susci
piat quasi ydola adorasset. Item
iam de hiis qui demonibus immo
lant theodori episcopi constitutiones
generis in quibus scriptum est qui
immolant demonibus in minimis

i inmundis

anno uno peniteant qui vero in mag
nis x annis peniteant. Item si qua
mulier posuit filium suum super tectum
aut in fornace pro sanitate febrium
peniteat v annis. Item si quis
bibit vel manducabit aut portat super
se aut existimat dei iudicium pu
te et eximie probatus sunt eadem
pena feratur qua magi vel arioli
et incantatores feriuntur. Item
si tabulis et codicibus sorte futura
sunt inquirenda et ullo in psal
terio vel in ewangelio vel in aliis rebus
sortem presumat nec diuinationes ali
quas in aliquibus rebus obseruet quod
si fecerit xl. dies peniteat. Item
malefici vel inmissores vel incan
tatores tempestatum vel qui in
vocatione demonum mentes hominum
perturbant anathematizati ab
iciantur et si emendare noluerint
layci unum annum clerici vero tribus annis
peniteant. Item quicumque pro curio
sitate futurorum vel invitatione deo
rum vel diuinos quos ariolos
vocant vel aruspices aut auguria
colligunt et consulunt clerici ab omni
officio remoti tribus annis peniteat
layci duos annos peniteat. Item
si qui vallationes ante ecclesias
fecerit seu qui facere suas suppor
tauerit et ... mulieres et mulier in
ipsum viri emendatione palliata
tres annos peniteant. Item si quis
precantauerit ad fustum vel qua
cumque incantationes excepto sym
bolo et oratione dominica qui cantat
et cui cantatur tres quadragesimas in
pane et aqua peniteat. Item si
comedit stabiem vel cuniculos
qui super pedem aut viuam
bibit siue stercora comedit si
infantes fuerint vapulentur
si vili etate vii dies peniteat
Item pro diu debellis qui cestilia

porrigunt. Item qui sanguinem biberit pro
aqua vel tres annos peniteant.
Hec autem omnia quedam maliciose ho-
mines facere solent. ¶ De avaricia
et speciebus eius et primo de furto 216

Post hec restat dicendum de quarta
specie scilicet spiritualium viciorum que est
de avaricia et eius appendenciis.
Avaricie autem multe sunt species eciam per
avariciam hic cupiditatem complectimur. Est
autem prima species avaricie furtum, secunda
rapina, tercia usura, quarta symonia,
quinta et ultima subtractio elemosine,
que autem omnia ad avariciam pertinent. Et
de furto primus est dicendum. Est autem
furtum aliene rei subtractio invito
domino vel contrectatur aut res aliena
eciam ad alienandum ipsius corporis
rei ut qui furatur bovem vel asinum
ut nunquam restituat ipsum. Fit autem fur-
tum quando ad usum rei non sperat, est
si supposuit equum alienum et in eo equi-
tet invito domino licet cum voluntatem
habeat restituendi eum furtum tamen facit
quo ad usum rei. Et est generaliter re-
gula in omni furto et rapina quod nun-
quam dimittitur peccatum nisi restituatur
quando ablatum si potest restitui, quod si non potest
ille qui abstulit lugeat et doleat
se non posse restituere et sciat se esse
obligatum ad faciendum restitucionem
si unquam habuerit restituendi faculta-
tem. Ex hiis eciam patet quod eciam furtum facit
qui rem inventam detinet. Unde Augustinus:
Si quid invenisti et non reddidisti
rapuisti. Fecisti quantum potuisti quia
plus non invenisti. Qui alienum
negat si posset tolleret. Deus cor
interrogat non manum. Item plurimi
multa sine peccato putant esse si
aliquid quod invenerint teneant
et dicant Deus michi dedit cui
habeo reddere vel unde distant hoc

peccatum fieri esse rapine. Sed si quis
rem inventam non reddat. Unde tamen
distinguunt leges quod si aliquis inven-
tum tollit causa lucri habendi furtum
facit quia omnes scire debent suum
non esse quod alienum est. Si non tollit
rem inventam ut ei restituat qui
perdidit elemosinam facit et si perdi-
torem invenire non possit, tenetur restituere, tamen
tenetur cum consilio pauperibus pro anima
eius qui perdidit et suorum distribuatur.
Si quis non rem suam abiecerit
et eam pro derelicto habuerit fit inven-
toris contra suam proprietatem quia
dicit lex quod nullius hominis est occu-
pantis est. Item si aliquod animal est
perditum quod quis invenit distinguunt
iura quod si animal sit domesticum debet
restitui usque ad centesimum annum
quia ille cuius erat nunquam dominium
amittit nisi voluntatem habuit ali-
enandi. Si autem animal sit silvestre
ut columbe vel cervus in domo
nutritus quamdiu habet voluntatem
revertendi eius est cuius fuit. Cum
autem incipit habere animum non reverten-
di, fit occupantis est. Unde tamen in
multis regionibus contra has leges
prava consuetudo invaluit. Debent
enim reges et principes quod fere in
quocumque agro vel dominio cuiusque domino
sunt eorum sint et omnes incolas et
subditos suos minari faciunt quod
feris suis pacem dabunt et quam
prima transgressores puniuntur. Dicunt
autem si subditus principis occulto
cepit non peccat mortaliter et re-
stituere teneatur. Alii vero magistri dis-
tinguunt dicentes quod si iuraverit
subditus principi fidelitatem de feris
suis conservandis sponte et non
coactus periurium debet deponere et
principi dampnum restituere. Si autem

cartus quia alt' incarceraretur
vel possessiones suas amitteret pmaz
agit de pmio et phapi nichil
reddat / quia princeps non est dns
feratz sed violent sibi dnm usur
pant / si quis n. tm metu re
suaz abmisisset pmaz tm de pm
vio aget / quia a districtis sunt
iuramentum non tenetur restitue
si impnato poss eaz recupare
dicunt etiaz principes quod quis the
zaurus infra eos i fossus eoz
est cum si quis invenerit thezaur
in agro suo absconditum a princip
restituet dampnaretur / unde tm
credimus quod si quis occulte i agro
suo quo invenerit thezaur ut
dicunt leges licite retine possit Si
aliquo i agro alieno casu invenit me
dietatem habebit Si non agrum alie
num aut thesaur invenerit ab
sconditum pscrutatus fuit in ul
habebit ¶ ~~De hijs qui non putant~~
~~esse pccm furari res divitum et pa~~
Sunt etiaz aliqui qui non putant
furari res divitum esse pccm
ne eis non indigeat contra quos dicit
canon forte aliquis cogitat et d.
Multi sunt divites avari nec pccato
si illis abstulero et pauperibus dedero
Cum n. non bn agit intendens bene
pateo sed huius cogitatio ex calli
de dyaboli suggerit nam si toto pau
peribus erogat quod abstulit potius
auget pccm quam minuet quod tum
restitue teneatur / hec facit ut resti
tue non possit / Duo tm sunt casus
in quibus aliquis non tenetur re
stitue rem alienaz / ut si furiosus
rem suaz penes hospitem vel ali
cui deposuit et in furore suo re
petierit non tenet restitue Cum
dixerunt quidam districti ut quod si
quis potum haberet vel dictum hostem
gladium cum quo eadem nocte vellet

hominem occidere vel denarios cum quibus
cum quibus vellet adulterari vel meretri
cem emere et gladium vel denarios
sibi furaretur ne sua scelera ad
impleret non furtum sed potius elemo
sinaz faceret domino quod pte quod sibi
abstulerat sibi restitueret Alius
casus quod si aliquis oblatus est in
pdebito vel pfinito meo vel alio
modo et non vult mihi reddere si occulte
de suo tm possum ei surripere non te
neor restituere sicut precepit dns
filijs israel exeuntibus ab egypto ut
acciperent mutuo aurea et argentea
lig nunq reddent quia fuerant
in luto et latere et palea ut unquam
inde intendens recepunt lex tm
humana dicit quod ... nec pt etiam
ore sua ut rem suaz in manu
aliena inventa pse accipe sine
iudicis auctoritate credimus tm quod in
tali casu faciat si accipit Item
est quod res furtiva si ad ullesiaz
eius manum pvenit semper viciosa est
ut pnrgari pt vicium nisi vero
dno vel eius heredibus restituatur
Cum quociens non res furtiva ad
manum alicuius pvenit sive empti
one sive ex dono alterius delecta
vicio semper viciosa est et qui percepit rem
esse furtivaz tenetur restitue et
si non reddidit reus est furti ut
prius aurea dno recepit / sed contra eum
aliquo rem furtivaz recepit accidit
sed Rapina aut multo maius e
sit pccm quam simplex furtum / rem n.
aufert dampnum facit spoliatori
eius infert ei violentiaz et ideo duplr
offendit Cum multo peyores sunt
latrones quam fures / latrones aut
sunt qui fraudulent latent in
silvis et violent spoliant transeu
tes / fures non sunt qui pr absconditas
homnibus bona sua eis ignorantibus

surripuit et de talibus dicit Salomon in proverbiis Non grandis est culpa cum quis furatus fuerit furatur enim ut esurientem impleat animam / constat autem quod plurimum peccatum sit mortale tamen est scilicet aliter hic ac unde vivat sicut legitur in textu contra peior est fur quam assiduitas viri mendacis perditione tamen hereditabunt ambo / Notandum etiam quod si fur a patribus civitatis id est spiritualibus inventus fuerit non exponatur ad mortem sed potius ad secreta ut se cognoscat et post fustigatus de civitate eiciatur sed mirum est quod in quibusdam regionibus occiditur homo pro simplici furto cum antiquitus in lege dei et in legibus patriarcharum statutum fuit quod si fur non aliter pateretur vel puniretur nisi quod dampnum restitueret in duplum vel in triplum vel quadruplum quamquam furtum esset magnum vel minus sed hoc propter magnam constitutum est considerationem quia in multis regionibus ita sunt homines proni ad furtum vel rapinam qui nisi mortem timerent vel membrorum mutilationem numquam rapere vel furari cessarent et ideo sustinet ecclesia quod fures occidantur a regibus autem et principibus ista est hec constitutio ¶ De sacrilegio 218

Sacrilegium etiam quoddam est species furti vel rapine et multo gravius est peccatum quam simplex furtum vel rapina / Sacrilegium autem committitur quotiens res sacra aliquo etiam loco sive sacro sive non sacro surripitur vel quotiens aliqua res sive sacra sive non sacra a loco sacro aufertur per furtum vel rapinam dicitur etiam sacrilegium quotiens res leditur ut cum clericus percutitur vel affligitur vel contenditur vel cum locus sacratus aliquo modo polluitur vel violatur / Secundum decretum gravius est peccatum ipso sacrilegio et gravius punitur Unde secundum quosdam canones omnes incendiarii ipso facto sunt excommunicati licet videatur quod omnes ecclesie raptores ipso iure excommunicati sunt ¶ Est enim canon contra omnes raptores ecclesie et suarum facultatum alienatores a liminibus eiusdem matris ecclesie anathematizamus / et non solum eos sed omnes consentientes quia qui non faciunt rei iudicantur sed etiam qui consentiunt facientibus par enim pena consentientes et facientes complectitur / quot autem modis quis dicatur consentire / supra dictum est ¶ Erat etiam antiquitus quoddam genus furti valde detestabile scilicet effodere sepulcra mortuorum ut ibi raperetur quod cum mortuis fuit repositum Unde canon Si quis clericus in demoliendis sepulcris fuerit deprehensus quia hoc facinus pro sacrilegio legibus publice sanguine mediatur (vindicatur) oportet eum a clericatus ordine submoveri et penitencie triennio deputari ¶ De pena furti et latronum 219

Infligitur autem pena pro furto variis modis secundum qualitates personarum Unde in decretis sic statutum est quod si aliquis de cimiterio ecclesie quolibet modo aliquid furatus fuerit non solum sed etiam dampnum restituat sed et unum annum peniteat / et de religiosis ita statutum est quod si aliquis furtum fecerit de rebus ecclesie puniatur ut nec ad progradum sit ad ordines promoveri Si autem ordinatus fuerit modo propriis dignitate privetur et sit ei sufficiens in pena satisfactione sola communio ¶ Si quis autem fame coactus furtum fecerit furando cibaria quecumque vel vestem propter nuditatem

tres ebdomadas peniteat. Si red-
diderit non tenetur ieiunare. Si aut
quadrupedia tulerit vel casas
fregit et res maiores abstulit
iiii annis peniteat et quod furatus
est reddat. Si quis non decibus
in oribus semel vel bis furtum
fecit reddat quod tulit et unum annum
peniteat. Si quis vero sepulcrum
violaverit vii annis peniteat quod
ideo statutum est quia antiquitus de
sacrilegio iudicabat [illegible] quod
sunt sepultus pena aut pro furto
sacrilegio multo maior est quam
cum ecclesias invaserit et destruxe-
rint et bona rerum rapuit scilicet vel
vasa vel ornamenta ecclesie vel ibi
deposita reddant omnia ablata
et etiam dampna que sustinuit
omnia restituant et etiam uno
anno constant. Secundo aut anno ad
fores ecclesie sine communione maneant
aut iii° non anno etiam decimam
trent(?) sed stent inter audientes in-
terim carnes non manducent neque
vinum bibent nisi in precipuis fes-
tivis annis et deinde usque ad septi-
mum annum tribus diebus in ebdomada
sine esu carnium et potu et vini
peniteant. Imponitur tota integra-
tione et dampnificato respondent
[illegible] fecerunt et ita post
septem annos corpus domini et sangui-
nem indicantur. Item canones
precipiunt quod vastatores et rapto-
res ecclesiarum non solum teneantur
ablata restituere et dampnis sa-
tisfacere sed etiam magnas debent
facere emendas pecuniarias episcopis
ad quos sacrilegii cognitione
iniuste pervenerint xxx libras
sacrilegorum argenti examinati red-
dendo secundum diversas consuetudines
regionum varie sunt emendacio-
nes de furibus et latronibus

sicut dicit Canon. Si fures et latrones
insidiando vel predando occidantur
visum est nobis ut ecclesia pro eis non orare
debet. Sed si confessi fuerint confessi
presbitero aut dyacono ordines ecclesie
non eis negamus. Sciendum est quod illorum
qui simul furtum et rapinam de ecclesiis
deo faciunt gravissima est pena. Item
canon pessimam et depopulatricem
et vitandam et incendiariorum maliciam
auctoritate dei et apostolorum petri et pauli de-
testamur et interdicimus. Si quis igitur
post huius promulgationis prolationem
vel prolationis promulgationem malo
studio sive pro odio sive pro vindicta
ignem apposuerit vel apponi fecerit
vel appositoribus consilium vel auxilium
tradiderit excommunicetur et si mortuus
fuerit incendiarius christianorum careat
sepultura nec absolvatur nisi
dampnum cui intulit secundum sit fa-
cultatem et consuetudine se rationis(?) [illegible]
ira appositurus pena aut ei detur
ut aut iherosolimis aut in hyspa-
niam per integrum annum in servicio dei
maneat. Si quis episcopus hanc pe-
nitentiam relaxaverit aut archiepiscopus
dampnum restituat et per annum ab
officio episcopali sustineat. Item si quis
pro dolo mittat manum in episcopum scilicet
in patrem et pastorem suum et qui
ecclesiam devastat et incendit pla-
cuit sancte synodo ut in uno loco
in monasterio peniteat omnibus diebus
vite sue.

De hiis qui furantur mortuis 220

Est etiam pessimum genus furti quod
scilicet aliquis furatur bona de-
functorum per ultimas testamenta eorum
peyus enim est furari defunctis quam
vivis quia ipsi magis indigent. Item
turpius est archiepiscopus [illegible]
in hystoria Karoli aut [illegible] nob

exemplum dominus dedit vel ostendit digito de illis qui mortuorum elemosinas iniuste sibi retinent. Cum enim quidam miles tempore Karoli apud Baionem laboraret in extremis et a sacerdote penitentia accepta precepit ut venderetur equus quem habebat precium eius pauperibus erogaret et clericis executionem testamenti sui propinquo moriens cuidam consanguineo suo mandavit. Ille autem centum solidis equum vendidit et in lenocinijs et gulis denarios illos subito expendit. Post xxx^ta dies apparuit ei in sompnis dicens quia elemosinam meam detinuisti per xxx dies in penis fui. Nunc autem liberatus et tu mitteris quia cras eris in penis tartareis et ego in paradiso. Cum autem ille qui viderat sompnium narraret, demones cum magno clamore et rugitu venientes ipsum vivum de medio christianorum rapuerunt et diu quesitus inveniri non potuit. Post xxx^ta dies cum Karoli exercitus per desertum navarrorum transiret inventum est cadaver ipsius positum super excelsam rupem a civitate Barona quatuor dietis distantem. Demones enim corpus illius laceratum abiecerant et animam in infernum rapuerant. Unde patet quod heredes satisfacere tenentur, et heredes debent enim restituere legata et satisfacere hiis quibus res legata sunt et etiam defuncto satisfaciant de dampno quod pro defectu distributionis sustinuit et insuper deo pro magna pena eius propter tam nequiter sunt transgressi. De crudelitate contra pauperes. 221

Est igitur alia species avaritie crudelitas quam fere nemo considerat. Quod si quis pulsatus precibus pauperum et mendicis dat nec tamen dicat Salomon: Qui obturat aures suas ad clamorem pauperis clamabit et non exaudietur. Secundo enim attende quod dispensatores sumus bonorum que nobis dominus commisit. Nec possumus retinere nisi tantum necessaria. Unde Augustinus: Retine tibi tantum necessaria et da pauperibus superflua. Que autem homini sunt necessaria superius est determinatum. De hiis etiam sic dicit canon: quicumque hospites non recipit in domo sua sicut dominus precepit, quanto tempore hospitibus humanitatem denegaverit et mandata ewangelica iuxta possibilitatem suam non impleverit nec pedes eorum laverit nec elemosinas fecerit, tanto tempore in pane et aqua peniteat nisi alio modo emendet. De quibusdam occultis speciebus rapine. 222

Sunt autem multe species occulte rapine in quibus est restitutio facienda ut si iudex corruptus vel advocatus vel assessor vel arbiter vel iniquus accusator aliquid ab aliquo ad dampnum alterius accepit restituere tenetur. Sic autem dator qui sponte et ad proximi sui dampnum dedit sed illi quem forte innocenter dampnificavit. Similiter si quis a monachis vel monialibus vel ab adulteris mulieribus que omnes non habent potestatem nec proprietatem aliquid dandi nisi ex licentia abbatis vel virorum aliquid accepit tenetur restituere non tamen monachis vel monialibus sed domui religiose ubi manent et viris dona mulierum. Item si quis in bello iniusto aliquid accepit

restituere tenetur. Item qui in iusto bello ab ecclesiis vel ecclesiasticis personis vel a pauperibus nisi forte armati repugnent aliqua rapuerit restituere tenetur omnia. Item notandum est quod iudex non debet vendere iustum iudicium nec testis verum testimonium licet advocatus iustum vendat patrocinium et iurisperitus verum consilium quia iudex et testis inter utramque partem versantur, advocatus vero et iurisperitus tantum ex una parte consistunt. Videtur autem quidam canon hic quod quedam persone iniuste sicut officiales si per aliquam extorsionem sive simonie non violatam aliquid accipiunt a subditis etiam in vitiis non tenentur restituere sed dominis suis gratie quia sicut dicitur non sane quidquid ab invito accipitur iniuriose ab eo aufertur. Item hiis si viam vite mutaverint facilius quia sic non acceperint pauperibus tamquam sua largiuntur quibus a quibus accipiuntur tamquam aliena restituant. Qui hoc communi humane societatis furtis rapinis calumniis oppressionibus invasionibus aliquid abstulit reddenda potius quam donanda censemus. Dicunt tamen aliqui quod licet dicti officiales quantum ad capitulos qui sicut homines vivunt ad iudicium est iustum in hoc laborant officio et solebant antiquitus aliqua habere stipendia que nunc aliqui dare nolebant et talibus liceat vel licebat aliqua per improbitatem extorquere cum Johannes militibus ad se venientibus dicit neminem concusseritis. Item illi ad per violentiam auferatis vel per extorsionem evincitis in commissionibus et honorem in iuste vexare donec aliquid det et submittit adhes et estote contenti stipendiis

vestris. Solebant autem antiquitus homines qui per longa tempora a legibus et canonibus rem alienam detinuerint tueri se prescriptione et dicebatur prescriptio cum quis per longa tempora rem alienam tenuerat non tenebatur eam restituere sed hoc totum per novum consilium est irritatum. Est ergo aliquis bona fide rem aliquam acquisivit et credit ipsam aliquo modo esse alienam et iusto titulo eam habuit veluti per emptionem vel per aliquam donationem non tenetur eam restituere sed quam cito male fidei incipit esse possessor id est quam cito scivit quod res aliena est tenetur restituere licet per multa tempora eam habuerit. ¶ ~~De usura~~

Sunt autem detestabilia duo avaritie genera que etiam in iudicio puniuntur per sententiam scilicet usura et symonia de quibus restat dicere et primo de usura. Dicit autem dominus dicendo mutuum dare et nichil inde sperare et canon dicit usura est ubi amplius plus requiritur quam datur quod si aliud sit et etiam si non recipiat sed spem recipiendi habet sed hoc intelligitur: in donationibus et aliis contractibus lucrum sperare possum et recipere. Si tibi quidquid dedero possum sperare antidotum id est contradonum et recipere quam prius dedi tibi. Similiter si tibi commodavero equum meum et vestes et huiusmodi possum ea sperare et recipere pretium quare si non accommodavero tibi denarios meos ad hoc plena est iusto quia commodato non transit dominium sed remanet penes commodatorem. Item si commodavero tibi equum meum vel aliam rem ad commodum et usum tuum licite possum inde recipere pretium quia res mea est sed ubi est mutuum ibi est dominium. Item mutuum dicitur quasi

de medio tunc si ergo mutuavero denarios
vel vinum vel frumentum statim
tuum est Item si panem vendo reciperem
de tuo non de meo lucrum habeo fene-
rator ergo nichil quod suum est vendit
debitori sed tempus quod est dei Item
quia rem vendit alienam omnis
potest ibi licite lucrum habere propterea fene-
rator vult habere lucrum sine omni la-
bore etiam dormiendo quod est contra
preceptum domini qui ait in labore vultus
tui vesceris pane tuo Insuper creatur
deus solo ad contractum sibi retinu-
it liberum ut scilicet pro mutuo nichil spe-
retur ab aliquo nisi a solo deo et hac
racione nichil facimus vel damus deo
nisi ad usuram pro omni ei fructuo
mo quodcunque ei fecimus centuplum
recipiemus Item salomon ait fene-
ratur domino qui miseretur pauperis
ait ergo vere feneramus quia deo nichil
damus sed ad magnam usuram mutu-
amus voluit deus speciali cum mutu-
amus quod damus proximo nichil speramus
vel recipiamus ab aliquo nisi ab eo
solo quia vere regula est canonica
quod numquam dimittitur peccatum nisi resti-
tuatur ablatum patet ergo quod venerator
numquam vere penitere potest nisi tota resti-
tuat quod extorsit per usuram Sunt
autem circa usuram multi casus dubita-
biles de quibus aliquid dicemus

~~De dubiis casibus circa usuram~~

In primis ergo queritur si licite posset
aliquis laborare vinea vel in
aliquo feneratoris ob premio et
stipendia recipere ab eo cum conduxit
et nichil dabit nisi de lucro usure
Ad hoc dicunt quod si aliud invenire potest
locum laborandi peccat mortaliter
si sibi laboraverit et de fenebri
pecunia mercedem recipit Si vero
invenire non possit ut vitam habeat
necessaria potest et nec fama torqueatur

labore sicut est possibile in necessitate ab ex-
quisito aliquis capere Similiter queritur
de uxore feneratoris qui non vivit
de usura utrum debeat ab eo propter
incorrigibilem spiritualis fornicacionis
ius tamen divertere vel manendo sem-
per de fenebri vivere Ad hoc dupliciter est
responsio dicunt enim quidam quod de labore
manuum suarum debeat vivere si quod
sit operari vel de bonis amicorum suorum
si autem amicos non habet nec operari sciat
bene potest a viro suo recedere eque propter
spiritualem fornicacionem sicut propter
corporalem Iam in tali vero corporis
sui sanitatem non dat quia est quasi
ydolum Avaricia enim ydolorum est
servitus Alii dicunt melius quod sicut
deus cum peccatoribus et raptoribus co-
medit qui nichil ei dabant nisi
de re aliena tamen quia ipse egit
tamquam pauperum et persuasit rapto-
ribus ut ablata restituerent licite
de bonis eorum comedit Similiter
si uxor viro persuaserit ut usuras
restituat vel saltem a pauperibus
mores accipiat et ita tamen omnes
quos ille spoliat in omnibus dili-
gencius agat licite potest uti de bonis
eorum Item si quis domum habens in-
gentiosam alii eam commendat tuto
ad custodiendum nec amplius con-
veniat vel equum saoficio cui non sit
pastus alteri concedat ad usum
moderatum aut eum pastat quantum
si sit usura Si non maior est
utilitas in domo habitantis quam
accedentis ad usum equi laboris
quam valeat pabulum quod ei datur
usura est Item queritur quod si aliquis
det mutuum ut defendat eum
a suis principes in talibus et hiis
exaccionibus utrum dando per hoc de-
fensione pecuniam usuram committit
Et dicunt ad hoc quod si iniuste
sunt tales exacciones qui dat mutuum

ut ab eis libetur usuram committit
quia magnum lucrum exinde con
sequitur. Item si non iniuste sunt
tales exactiones non est usura
quia nichil recipit quod sibi debetur
defensionem ab iniuria. Sequitur
eciam quod si aliquis det mutuum clericis
et pauperibus sub tali pactione quod pro
eo celebrent et orent et per consequens
mutuum restituant ultra usura est
et videtur quod sic concedunt canones, omne
quod ultra sortem accipitur usura est.
Verba autem canonis sunt hec: ista
vestis usura est et quodcumque sorti
accidit usura est et quodcumque ve
lis nomen ei imponas usura
est. Alii tamen dicunt quod quia homines
spiritualia beneficia non computant inter
lucra temporalia non est usura. Solet
eciam queri si usura sit si quis
quantum dederit alicui ut gratis mu
tuum det alius. Et constat quod qui recipit
usuram committit licet non ab
illo cui dat mutuum quia ultra
sortem accipit. Item quibus aliquis
mutuum accipiens sequentibus dicat
dare creditori non tamen dat gratis
voluntate absoluta sed voluntate
coacta vult enim libencius aliquid da
re quam mutuo penitus carere
et licet ex toto det animo pro mu
tuo usura est. Unde dicit canon
Si quis in stanwandum (?) commune
putat et nunciant ad aliquem
negociatorem ut deferat sibi gratis
tapicilam (?) vini ab sufficientia u
sura est et hic contingit eo quia
inter duos maiores duos [illegible]
possessorem suam alienare non potest aliquis
enim non potest dare vel vendere feodum
suum sine consensu domini principalis. Sed licet
duobus veris non sit omni bonorum
principalis duobus et quando pro usura
vel nomine usure pro mutuo detur
prohibeat tamen ex voluntate
faciat qui sic dat et eo irrita

est talis donatio patet ergo expeditis quod
licet aliquis sponte et gratis alii det
usuras ipse tamen fenerator recipiens
furtum vel usuram vel rapinam co
mittit quia rem alienam contra veto
domini sui recipit. Tamen licet fenerator
sit fur vel raptor cum sit benignus
nec publicam rem perturbaret. Sed
quamvis possit non suspenditur sicut fur
et alii latrones per leges secula
res et tamen ecclesia persequitur fene
ratores sicut alios fures quia
assumunt publicum fenerandi offi
cium sicut et meretrices ideo persequitur
quia contumelia dei sunt exercent
ministrum quasi de quo vivant offi
cio. Item queritur si peccet mortaliter
qui accipit ad usuras quia sic
suo occasionem dat peccandi et
dicendum est quod si aliter homo potest per peccatum
mortaliter sine notabili dampno hoc faciat
non peccat licet ille peccet mortaliter
qui dat ad usuras. Item quibus autem
mutuant se usuras alicui pro
mutuo soluturos nec sit primus de
quo solvat. Sed potest postea causa vindicte
repetere. ~~De sacerdote usuras promit
tente. xxvij~~

Queritur autem de sacerdote qui
cum magna necessitate mutuum
a feneratore petit et usuras sibi
promittit in crastino aut contra quod ipse
excogitat et ille contra sacerdotem ex
clamat heri autem quod tibi darem
mutuum instanter petisti et michi
usuras promisisti sine quibus dare
ipsi quam me exortas pro causa fecit ad
preces tuas. Videat autem sacerdos
preces ante quod dares mutuum et hic
propter deum sunt licitum usuras aut
contra vitus promisi quia aliter ante hoc
non potui et ea tibi precium sunt
non michi patet igitur correptis quod omnis
qui intersunt pactis vel conventio
nibus feneratorum et scribunt cartas

corum vel testes sunt in tractatu vel ad
extorquendum usuras eos iuvat
in iudicio usurarii sunt et restituere
tenentur quantum fecerunt dampnum
debitoribus. Item mirum est quod ecclesia sus-
tinet quod principes pecuniam iudeorum
imprimis usuris quesitam recipiunt et mediante(?) vel
licitant nisi de usura et ita tales
principes usurarii et usurariorum sunt
participes. Sed non puniunt eos ecclesia propter
eorum potenciam, tamen apud deum excusa-
tur. Dicunt tamen principes quod quia de-
fendunt subditos suos contra iudeos
et alios homines malos qui eos iniuste
defenderent atque expellerent, licite
possunt tantum de bonis eorum
accipere pecuniam. Videant ipsi si bene
accipiant et diligenter subditos
suos defendant. Item dubium est.
Beatus Ambrosius exemplo(?) videtur quod
usura in aliquo casu sit licita. Ait
enim ab eo usuras exige quem licet
occidere, ut quia licet paganos occi-
dere et omnia bona eorum rapere, sic aliter
eis nocere non possumus licet eos spo-
liare per usuras. Unde etiam in lege dicitur
non feneraberis proximo tuo sed alieno
scilicet infideli. Multi tamen dixerunt quod ve-
rius Ambrosius non dixit sed Flavius quod
autem dicitur in lege non feneraberis alie-
no sustinencia fuit sicut etiam in le-
ge permissum fuit repudii libellus
et tamen dare repudii libellum peccatum fuit.
Dicunt tamen alii quod si quis pagano
suam daret pecuniam ad usuras propter
cupiditatem, fenerator est. Si autem
ad honorem dei promovendum hoc faceret
ut scilicet ita paganum faciat pauperem
quod fidelibus nocere non possit, non est
usura. Item arguitur etiam de illis qui ac-
comodant vel commutant rem suam
aliis ut quando carius vendi potest
recipiant. Similiter et de illis qui

bladum emunt in herba ut plus quam
tunc valeant in messe recipiant. Et
dicit quedam decretalis quod si aliquis
bladum suum credat aliis vel suas
messes ut plus recipiat quam modo
vendi possit propter incertitudinem e-
ventus non est usura. Ad quod dicendum
quod quicumque rem suam credit aliis
ut recipiet plus ut res carius
possit vendi in anno et etiam habet
spem plus quam modo valeat recu-
perandi ipsa mente fenerator est.
Si autem eligi bonus vir et eius peritus
qui ipsa meliorem noverit qui boni
fori vel carioris considerabit et
si consideratis temporis circumstanciis
dicat quod plus quam modo res va-
lebit usura est quia plus petit
quam non accipere possit. Si autem melius
est ille bonus et etiam qui mutuum
dat vel bladum emit in herba vel
vendit ad terminum et se mittit
in periculum quia nescit utrum minus
vel plus recepturus sit non committit
usuram. Melius tamen facit si hic
una dixit illud meum bladum modo
nunc vendere valeo sed tibi die ven-
ditionis(?) si autem tunc vis mutuum
dare quantum in illo die valebit sic
plus sive minus accipias meum bla-
dum et dic in reddere denarios. Contra
[illegible] vide confirmare usuras 226

Est et alius casus de quo quidam
multum mirantur quod dum quis
vult confirmare usuras cum u-
nus homine mutuum ab aliquo
accipit pecuniam facit pactum cre-
ditore nisi debitor ad certum ter-
minum solvit penam minuatam(?) pe-
cunie simul cum debito principali
exsolvat. Sed dum quis habent etiam
confirmat pactionem sed vices(?) vi-
tate quantum ad forum contractus

non est in usura. Si autem alicui mu-
tuam dedero pecuniam ad certum terminum et
tunc mihi non solvit, dampnum michi
magnum facit, quia forsitan illo
die teneor solvere censum domino meo
et ipse cum eandem non habeo forte va-
dia mea rapit et me a domo
expellit. Vel si mercator sum et
nundine imminent et ego cum
non habeo vel forte filiam meam debeo
in matrimonio collocare vel alia mihi
contingere, quod ergo post terminum pre-
dictum dampnificor, licitum est
me repetere ab eo quod de dampno meo
michi satisfaciat, precipit enim
dominus quod dampnum satisfaciat qui fecit
iniuriam. Contra hoc scilicet fraus est
creditoribus, quia dicunt mutuum
petenti: vendo tibi marcam ar-
genti pro l solidis vel xl alterius
monete, quos michi reddes tali die,
et non valet marca nisi xl soli-
dos. Ille ergo qui recipit pecuniam
possit non aliter non habere facit cartam
suam quod xl solidos ei debeat de
venditione mercationis, que latet
dum fraudem; dies autem prima debiti
in carta confirmat, et hoc secundum formam
contractum licitum est et iustum.
Item quis fraudem alii facit
vel precio quam tunc valeat adeo
terminum. In isto venditionis fraudem
facit quia in rei veritate non ven-
dit sed commodat vel mutuat,
nomen vel ipsum fraudem non mutat
at contractus. Idem est contractus
sive dicat vendo sive commodo
ad terminum certum. Si autem statim
solvet tunc venditio est, quia
creditor expectat et vendit
mercem temporis, alias est contractus
et in usura est. Ibi quoniam eo
per plures mensuras aliquid lucratus
fuit vel emendo vel vendendo

quod decepit omnia restituere tenetur. Re-
spondeo contra quod quidam dicunt quod si
quis mutuum det alii licite ab eo
alia vice sperare potest mutuum pro mu-
tuo sed nullum donum, quia cum recipio
mutuum nichil recipio quod non teneor
totum restituere, et ideo non est in usura
ut dicunt. Contingit autem quandoque quod
tanta est utilitas in mutuo una
vice quanta in dono alia vice; et ideo
